

diffimulatum amorem & celatum indicat. Cicet. *pro Cluentio*. Non est profecto de illo veneno celata mater: nihil est ab Oppiano sine consilio mulieris cogitatum.

**Celātim**, adverb. Clātem, occultē. { כְּתוּבָה *besether*. κελύθω. GALL. *Secretement*, adverb. *clātem*, à *cachette*. ITAL. *Asconsamente*, *celatamente*. GERM. *Verborgentlich* / *heimlicher weise*. HISP. *Escondidamente*. ANGL. *Secretlie*, *quietlie*. Gell. *lib. 12. cap. 15*. Sifennam citans *lib. 6. Historiarum*, Quam maximè celatim poterat, in insidiis duo disponit.

|| **Celones**, naves quas Græci κελύθες vocant, i. e. veloces, bifemes vel trirèmes, agiles, & ad ministerium classis aptæ. Ennius *lib. 7. Ann. Labitur unctā carina per æquora salsa celonis*. Lege *celocis*. Isid. ||

**Celōx**, Navigii exigui genus fuit, quod uno remorum ordine agebatur, à celeritate nomen habens. { κελύξ, κελύξοι. ANGL. *Abriantine*. } Plaut. *in Asin. sc. 1. a. 2*. Quò hanc celocem conferam? Apul. *lib. de Republ.* Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Eam Rhodii invenerunt. Unde onustam Celocem te agere prædicem? Idem Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 5*. vide Gell. *lib. 10. cap. 25*. Isidor. *lib. 19. cap. 1*.

**Celocenses**, populi sunt citerioris Hispaniæ, apud Plin. *lib. 3. cap. 3*.

**Celsus**, Plagiarus fuit Horatii temporibus, qui veterum poetarum scripta suppilabat: quem sic notat *lib. 1. Epist. ad Julium Florum* scribens,

*Quid mihi Celsus agit monitus, multumque monendus  
Privatas ut quarat opes, & tangere vitet  
Scripta Palatinus quacumque recepit Apollo:  
No si forte suas repetitum venerit olim  
Grex avium plumas, moveat cornicula risum  
Furtivis nudata coloribus.*

¶ Fuit & Cornelius Celsus, variæ eruditionis nomine à Quintiliano commendatus, qui & Rhetoricam multo quàm antea diligentius explicavit, & de re militari diligentissimè scripsit, nullumque penè disciplinæ genus intactum reliquit: ex quibus ad nostra tempora nihil pervenit præter octo elegantissimos de re medica libros, qui omnium manibus teruntur. ¶ Fuere etiam duo Celsi Juris scientia commendatissimi, Pater & Filius: Pater Trajano & Hadriano magno in pretio fuit. Filius consulum bis gessit, libròque Digestorum 39. Institutionum 20. Epistolarum 13. reliquit, ut tradit Bertrandus Præses Tolos. *de jurisperitis lib. 1. pag. 55*.

**Celsus**, a, um, Altus, sublimis, excellens, elatus, excelsus. { כְּסִיף *ghabóah*. ὑψηλός. GALL. *Haut*, *élevé*. ITAL. *Alto*, *sublime*, *excellente*. GERM. *Hoch*. HISP. *Cosa alta*. ANGL. *High*. } Plin. *lib. 13. cap. 28*. Firmiores, celsioresque infantes fore. Cic. *2. de nat. deor.* Quæ primùm eos humo excitatos, celsos, & rectos constituit. Deduci autem quidam volunt hoc nomen à Cello, antiquo verbo. Festus à Græco κέλης, quod qui equo vehuntur, sublimes sint.

**Celsitudo**, inis, pro excellentia. { מְרוֹם *marom*, מְרֹמֵי רָמָה *ramáh. i. zohá*. GALL. *Hauteur*, *élevation*. ITAL. *Eccellenza*, *grandezza d'animo*. GERM. *Hochheit*. HISP. *Alteza d'grandezza de animo*. ANGL. *Highness*, *excellencie*. } Valla in *Herodoto*.

**Celsitas**, atis, Altitudo, excelsitas, elatio, i. zohá. Cic. *in Officiis*, Celsitas animi, & magnitudo.

**Celta**, κελται, populi Galliæ Comatæ, inter Garumnam & Sequanam fluvios, ita dicti à Celto Polyphemi filio, si Appiano credimus, Pomponius Mela *lib. 3*. Populorum Comatæ Galliæ tria summa nomina sunt: terminanturque fluvii ingentibus. Nam à Pyrenæo ad Garumnam, Aquitania; ab eo ad Sequanam, Celta; inde ad Rhenum pertinent Belgæ. ¶ A Celtis etiam Celtiberi Hispaniæ populi originem traxisse creduntur, qui quum venissent ad Iberiam Hispaniæ fluvium, ibique confederissent, assumpto ad nomen suum fluvii nomine, juxta quem confederant, Celtiberi, κελύβητες dicti sunt: & regio eorum Celtiberia, vulgò *Aragon*. Lucan. *lib. 3*.

— profugique à gente vetusta  
Gallorum Celta miscentes nomen Iberi.

¶ Celte, in veteri inscript. apud Brisson. *in form.* Malleolo, aut celte literatus silex.

**Celtibericus**, a, um, κελυβητικός. Nomen possessivum: ut, Bellum Celtibericum.

**Celticã**, oppidum est Hispaniæ Batiçæ, in conventu Hispalensi, ut scribit Plin. *lib. 3. cap. 1*.

**Celticã**, κελύκη, tertia pars Galliæ Comatæ, inter Sequanam & Garumnam fluvios sita. Plin. *lib. 4. cap. 17*. Gallia, inquit, Comata uno nomine appellata in tria populorum genera dividitur, omnibus maximè distincta. A Scalde ad Sequanam, Belgica; ab eo ad Garumnam, Celtica, eademque Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursus Aquitania Armorica antè dicta.

**Celticum**, promontorium est Hispaniæ citerioris in Gallicorum tractu in Oceanum, Occidentem versus, quàm longissimè excurrens: idem cum eo, quod Ptolemæus Nerium, & Valgus nauarum hodie *Finem terra* appellat. Vide Pomp. Melam *lib. 3*.

**Celtis**, est arbor insignis, magnitudine pyri, in Africa, & potissimùm circa Syttes nascens, quæ Lotos appellatur, λωτός. Inciliuræ in foliis crebriores, alioqui ilicis viderentur: fructui magnitudo fabæ, color croci. Tam dulcis ibi cibus est, ut nomen etiam genti terræque dederit. Siquidem Lotophagi nominantur. Plin. *lib. 13. cap. 17*. Loti sylvestris inodori genus, cui flores lutei sunt, specie columbarum ingluviem representantes. { ANGL. *Achesill*. }

**Celydrus**, lege *Chelydrus*.

**Cema**, Narbonensis provinciæ fluvius, ex Alpium monte Cemeno profusus. Plin. *lib. 3. cap. 4*.

**Cemeliarcha** est quem vulgò Sacristam appellamus, inde Cemelion est vas aureum, sive velum, & quicquid est in vestiario (id est, cubiculo) pretiosum.

|| **Cemelia**, vas aureum, seu velum pretiosum servandis vasis templi. Cerda. || ¶ Est & oppidum Liguriæ, non procul à portu Herculis Monæci: cujus meminit Plin. *lib. 3. cap. 5*.

**Cemēnus**, κέμνον ὄρος, mons Narbonensis Galliæ, non procul à Vaxo fluvio, ex quo Cema amnis profunditur: unde & monti nomen

factum videretur. Vide Plin. *lib. 3. cap. 4*.

**Cemus**, κημύς. Herba est apud Plin. *cap. 27. lib. 8*. cujus descriptionem se idcirco prætermittit ait, quod solis in amatoris usum habeat. Dioscor. *lib. 4*. eandem esse ostendit cum Leontopodio. ¶ Cemus autem videtur appellata ex floris sive calycis figura, quoniam pyxidula Athenis ita nominabatur, per quam suffragia in subjectum vasculum, quod Cadiscum vocabant, demitti consueverant. Vide Ruell. *lib. 3. cap. 130*.

**Cenchrea**, arum, κενχρηία. Portus est Corinthiorum, ad sinum Saronicum, quemadmodum Lechea alter portus ad sinum Crisæum, sive Corinthiacum. Spatium autem inter duos hosce portus medium, Isthmus appellatur. Plin. *cap. 4. lib. 4*. Angustia, unde procedit Peloponnesus, Isthmos appellatur. In eo loco irrumpentia è diverso, quæ dicta sunt maria, omnem ibi latitudinem vocant, donec contrario incursum æquorum tantorum, in quinque M. pass. intervallo, excisis utrinque lateribus, angusta cervice Peloponnesum contingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur sinus. Lechea hinc, Cenchrea illinc angustiarum termini longo & ancipiti navium ambitu, quas magnitudo pialustris transvehit prohibet. Ovid. *El. 9. lib. 1*.

*Ille Corinthiacus primùm mihi cognita Cenchrea.*

**Cenchramides**, κενχραμίδης. Ficorum grana, ita dicta à milii similitudine, quod Græci κένχρα vocant. Plin. *lib. 15. cap. 19*. frumenta appellat. Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus.

**Cenchris**, idis, κενχρίδι. Avis ex accipitrum genere, quam Aristotel. *lib. 6. de Animal.* solam ex advnco genere, quaterna, & eo plura ova parere dicit. Plin. *lib. 29. cap. 6*. Turturis simus albugines extenuat: item cochlearum cinis, simus cenchridis. Dicta Cenchris, quasi miliaria: Latini à tinnitu vocis Tinniculum appellant. ¶ Est item Cenchris serpens maculis plenus, Thebano marmoris similis. Lucanus *lib. 9*.

*Et semper recto lapsurus limite cenchris.*

*Pluribus ille notis variatam tingitur alvum.*

Plin. *lib. 20. cap. 22*. Serpillum adversus serpentes efficax, maximè cenchrin, & scolopendras.

**Cenchritēs**, κενχρίτης. Gemmæ species, quæ veluti sparsis milii granis distincta videtur. Plin. *lib. 37. cap. 11*.

**Cenchrius**, κένχρηος. Fluvius est Ioniæ non procul ab Ephefo, lucum Ortygiam irrigans, ubi Latona Dianam & Apollinem creditur peperisse. Tacit. *lib. 3*. de Epheforum legationibus ad Senatum missis. Primùm, inquit, omnium Ephefi adiere, memorantes, non ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos, esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam, & oleæ, quæ tum etiam manat, adnifam, edidisse numina, deorumque monitu sacratum nemus.

**Cenchrōn**, Adamantis genus est, quod sit milii magnitudine. κένχρηος enim milium dicitur. Plin. *lib. 37. cap. 4*.

**Cenæum**, vide *Caneum*. **Cenæus**, vide *Caneus*.

**Cenina**, Latii oppidum fuit à Romulo deletum: cujus meminit Plin. *lib. 3. cap. 5*. rectius Cænina.

**Cenodoxia**, κενόδοξία, inanis gloria: κενόδοξος, inani gloria duci: κενόδοξος, gloria avidus. { GALL. *Presumptueux*, *vain*. } ex Nazianz. & Chryost.

|| **Cenoma**, vacuum. Tertull. ||

**Cenomani**, κενωμαῖοι, fuerunt populi Galliæ Cisalpinæ, teste Plin. *lib. 3. cap. 19*. quorum caput Brixia fuit. ¶ Sunt etiam Galliæ Celticæ populi, Andegavis finitimi: quorum etiam meminit Plin. *lib. 4. cap. 18*. Vulgò, *les Manceaux*: & regio ipsa Cenomania. Vulgò *Le Maine*.

**Cenotaphium**, { κενόταφιος. GALL. *Vne représentation de sepulchre, un sepulchre où il n'y a rien dedans, mais seulement sert de monstre*. ITAL. *Sepulchro, avello, deposito vacuo*. GERM. *Ein löhr grab*. HISP. *Sepulchro vazio y vano*. ANGL. *An her sett upon a solenne buriall*. } Vacuum sepulchrum; κενός enim vacuum dicitur, & τάφος sepulchrum: à θάπτειν sepelire. Est enim ut capsula, quæ ponitur in templo in exequiis mortuorum. Virg. *3. Æneid.* describit Cenotaphium sic:

*Solennes tum fortè dapes, & tristia dona  
Libabat cineri Andromache, manesque vocabat  
Hæcoretum ad tumulum, viridi quem cespitè inanem,  
Et geminas, causam lachrymis, sacraverat aras.*

Quo loco Servius tumulum inanem cenotaphium esse dicit. Cenotaphiorum autem usum advenit supersticiosa veterum opinio, qui credebant defunctorum animas, si honore sepulchri carent, stygiam paludem tranare non posse. Unde à sacerdotibus inventum est exequiarum genus, quod Terræ injectionem vocabant: ut etiam iis, qui naufragio perissent, aut quorum corpora haberi non possent, Justa perfolverentur. Tumultum itaque ex cespitibus, aut alia materia congerebant, ubi absente defuncti cadavere, tanquam præsentem, solenni quodam ritu exequia peragebantur. Hujusmodi autem sepulchrum, in quod nullæ illatæ erant reliquæ, Cenotaphium, hoc est, inane sepulchrum vocabatur. Suetonius honorarium tumulum appellat *in Claudio*. Cæterum, inquit, exercitus honorarium tumulum excitavit, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret, Galliarumque civitates publicè supplicarent. Quibus verbis significat, cenotaphium Druso in Germania exstructum, quum corpus ejus Romam deventum esset. Sic vocari possunt hodie funerum expositorum imagines, quas *representaciones* in anniversariis exequiis vocamus. Budæus. Ulpianus *l. vel quod, ff. de religiosis & sumptibus fun.* Si adhuc monumentum (inquit) purum est, poterit quis hoc & vendere, & donare: si cenotaphium sit, posse hoc vœnire dicendum est; nec enim hoc esse religiosum Divi fratres rescripserunt. Similiter definitur *in l. monumentum 42. D. dicto tit.*

**CENSIO**, es, ui, um, Existimo, puto, arbitror. { ἔσθη *chafchát*, ἴδαν, ἴδαν *chas. ázia*, πηγή. GALL. *Penser, estimer, opiner, estre d'avis*. ITAL. *Stimare, pensare, giudicare*. GERM. *Schätzen/ achten/ mainen*. HISP. *Estimar, juzgar d' pensar*. ANGL. *To thing este me judge*. } Terent. *in Eunucho*. Censent posse me obfirmare, &c. Liv. *lib. 6. bell*



**Cen**, Censetur eo venturum obviam Poenam. Omnes civados esse censetur tu, quia es? Plaut. *Men. se. 2. a. 3.* Censetur hoc verbum Graecae linguae origine. Gell. *cap. 13. lib. 19.* Auscultemus quid agat. Sanè censetur. Plaut. *Cure. se. 2. a. 2.* & *Pseud. se. 2. a. 2.* Non praecipit & censuit, sed suavit. Gell. *cap. 29. lib. 2.* Esse herilem concubinam censui, i. putavi. Plaut. *Mere. se. 6. a. 2.* Lex & Plebiscitum censentur rogationis nomine. Gell. *cap. 20. lib. 10.* Vos qui potestis vestra ope censerier, i. divites. Plaut. *Capt. prologo.* Censuri sanguine, & censeri laude. Juvenal. *Satyr. 8.* Quaecunque censueritis, i. suffragiis vestris iusseritis. Liv. *lib. 34.* Quo quisque censetur, i. in pretio habetur. Senec. *Epist. 77.* & *Epist. 88.* Virtus suo are censetur. Censendum magis quam assentiendum. Suet. *Aug. cap. 35.* Lex censui censendo. Livius *lib. 3. d. 3.* Item constituere, deliberare, sententiam dicere. *δενφάναξ, γάμλω.* Nam senator censet, quum sententiam dicit de eo, quod sibi videtur: assentitur, quum alienum approbat. Cic. *in Catil.* Quid senatus censuerit, exponam. Idem *pro Flacco*, Cujus partem armis pellendum à suis mœnibus censuissent. ¶ Item Censere, succensere significat. Varr. Ne vobis censeam, si ad me referretis. ¶ Est item Censere, facultates aestimare, & in censum redigere: quod quinto quoque anno Censores Romae facere solebant. Cic. *3. de Legib.* Censores populi ævitates, soboles, familias, pecuniásque censento. ¶ Item censere sua bona, idem est aliquando, quod profiteri apud Censores. Idem *pro Flacco*, In qua tribu denique ista prædia censuisti? loquitur enim non de Censore, qui censere civium facultates solebat: sed de Deciano quodam, qui apud Censorem, quum census ageretur, sua prædia profitebatur. ¶ Est etiam Censere deponens, idem significans quod profiteri, & sua bona censere. Idem *ibidem*, Verum esto: gloriosus fuisti: voluisti magnum agri numerum censeri. Et paulò post, Censur es præterea numerata pecuniæ centum tria millia, &c. Censur es mancipia Amyntæ. *ibidem*, Ac primò pertimuit quam te audisset servos suos esse censum. ¶ Composita à Cenico sunt, Accensio, Percensio, Recensio, Succensio.

**Censu**, adject. ut Censui agri, qui emi & venire jure civili poterant. Festus.

**Censio**, nis, Castigatio. { *שני חונש*, *חונש* *michsáb*, *חונש*. GALL. *Punition & reformation, estimation & taxe.* ITAL. *Castigatione, correptione.* GERM. *Ein straff.* HISP. *Castigamiento y corregimiento.* ANGL. *Chastisement, punishment.* } Unde censuram facere dicebantur Censores, quum multam cuiquam irrogabant, vel equitè equum adimebant, vel senatorem senatu movebant, vel quempiam ex plebe ærarium faciebant. Plaut. *in Rud.* Assume quidem, ne censuram semper facias. Censio Servii Tullii. Gellius *cap. 23. lib. 10.* Censio hastaria vocabatur, quum militi multæ nomine, ob delictum militare indictbatur ut hastas daret.

**Censitio**, nis, idem est quod census impositio. Spartianus *in Nigro*: Idem Palæstinis rogantibus, ut eorum censitio levaretur, idcirco quòd esset gravata, respondit: Vos terras vestras levare censitione vultis, ego verò etiam aërem vestrum censere vellem.

**Censitor**, is, verb. ab antiquo verbo *Censio*, is, quartæ declinationis, idem quod censor. Ulp. *in l. forma, §. illam aquitatem, ff. de censib.* Illam aquitatem debet admittere censitor, ut officio eius congruat.

**Censitores**, agrimensores. Helychius enim censitorem explicat Geometram. Vetus inscriptio, quam profert Mearius in Glossario Græco-barbaro. Q. HED. L. F. POL. RUF. LOLLIANO. GENTIANO, AUGR. COS. PROCOS. ASIA. CENSITORI PROV. LVGD.

**Censor**, is, qui censuram gerit, præfectus morum. { *מתחכח* *methachchen*, *מתחכח* *metthakkén*, *מכיר* *mechiáh*, *ספר* *sophér*. *קנאים*. GALL. *Censeur, un reformateur de mœurs & de la police.* ITAL. *Censore, corregitore.* GERM. *Ein schetzer/ ein straffer.* HISP. *El juez de los censos y costumbres, corregidor.* ANGL. *A reformer, or corrector of manners.* } Censores magistri morum erant, à censendo, i. arbitrandò dicti, quòd illis summum arbitrium esset de civium moribus castigandis. Vel à censu, quòd quinto quoque anno populi Romani censum agerent. Varr. Censor ad cuius censuram, i. arbitrium censeretur populus. Cic. *3. de leg. ex Lege xij. tab.* Censores populi ævitates, soboles, familias, pecuniásque censento: urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento. Fest. Censores dicti, quòd quisque tanti sua aestimaret, quantum illi censuissent: quod non absurdum videtur, quia & rerum & morum censores erant. Unde Plut. *in Emilio*, Censura maximæ omnium magistratuum reverentia, plurimæ potestatis, tum in aliis rebus, tum maximè ad morum emendationem. Nam senatores è senatu remove potest, equitibus equos adimere, ex plebeis ærarios facere, notare infamia, censum agere, lustrum condere, Erant autem duo Censores, qui quinto quoque anno creabantur. Vide autem Titum Livium *lib. 4. d. 1.* ubi docet, Censores ab agendo populi censu nomen fuisse sortitos. Censores non erant Collegæ Consulium: Gell. *cap. 14. lib. 13.* Censores jurare cogebant, an uxorem liberorum quaerendorum causâ quis haberet. Idem *cap. 3. lib. 4.* Censor principem senatus legebat. Idem *cap. 10. lib. 4.* Censorum erat officium, & censorium opus, ne ager, aut equus negligeretur. Idem *cap. 12. lib. 4.* Censores obesis equos adimebant. Idem *cap. 22. lib. 7.* De Censorum officio, vide Plut. *in Cat.* & *Cens. in Paul. Emilio.*

**Censorius**, ad hominem relatum, eum significat, qui aliquando censurâ fuerit functus, *τιμωτής*, quemadmodum Consularem, & Prætorium vocabamus, qui aliquando aut Consulatum gesserit, aut Prætoriam. Cic. *2. de Orat.* Quid enim poterit dicere? Consularem se esse hominem & Censorium? Et paulò post, Id autem committete, vide quàm homini Censorio conveniat. ¶ Dicitur de aliis rebus omnibus quæ ad Censores pertinent, quæque Censorum sunt. Censorium dictum, quod est censoris, seu quod ad censorem pertinet: & Censoria virgula. Quint. *lib. 1. cap. 5.* Veteres Grammatici non versus modò censoria quadam virgula notare: sed & libros, qui viderentur falsò inscripti, tanquam subdititios submovere familia permisissent sibi. ¶ Censorium non est. Cic. *pro Cluent.* Hominum delictum fortunæ iudicio committere, minimè censorium est. ¶ Censoriæ vestes dicebantur, quibus Censores meritò uti possent,

*ιμωτή τιμωτής.* ¶ Censoriam virgulam tritissimum est ab eruditis appellari iudicandi auctoritatem, præsertim cum supercilio, à magistratu Romano sumptum. Censoria nota summoveri à Rep. Velleius, Censorii edicti verba. Gell. *cap. 11. lib. 15.* Censoriæ notiones, i. iudicia. Idem *cap. 18. lib. 17.* Opus censorium fecisse (i. rem animadversione & ignominia dignam. Idem *cap. 7. lib. 2.* & apertius *cap. 12. lib. 4.* Item, Opere censorio notari. Suet. *in Cas. cap. 4.*

**Censurâ**, æ, Censoris dignitas, sicut à Prætorè Prætura. { *סנהדרין* *sochachath*, *τιμωτή ἀρχή, τιμωτής*. GALL. *Reformation, censure, l'office d'un censeur.* ITAL. *Dignità di Censore, Censura, reprehensione.* GERM. *Das ampt des scherzens oder straffens.* HISP. *La judicatura de aquel Censur, corregimiento.* ANGL. *The office of the Censur, reformation.* } Plin. *lib. 14. cap. 4.* Catonum ille primus, triumpho & censura super cætera insignis. Liv. *lib. 4. ab Urbe*, Alios magistratus annuos esse, quinquennalem Censuram gravem esse. Accipitur interdum pro severitate, correctione, decreto & lege. Plin. *in Paneg.* Nam vita principis censura est, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, & ad hanc convertimur. Apud Græcos censura genus, *δυναστία*. De Censuræ dignitate. Plut. *in Paulo Emilio*, & *in Cat. Censur.* & *in Flamin.* & ibidem de Censorum officio. Velleius, Censura vivorum difficilis (i. de auctoribus vivis iudicium.) Quint. Censuram male dicendi subire. Ovid. *5. Fast.*

— *Censuram longa senecta dabat* (i. ius castigandi.) ¶ Censura pro censu, i. e. numero. Plin. in censura nuncupari, *εγκλησιάζω*. Casaub. *exerc. ad Baron.* ||

**Census**, us, { *מכס* *michsáb*, *מכס* *meches*. *τιμωτή*. GALL. *Taxe & estimation, revenu, rente.* ITAL. *Censo, intrata, rendita, tributo.* GERM. *Schatzung die man einem nach seinem angezeigten gut auferlegt/ Steuer.* HISP. *Pecha, censo.* ANGL. *Assessing, valuing, a subsidie, or yearly revenues.* } Dicebatur aestimatio rerum & bonorum facta, secundum quam tributa pendebantur. Unde, Censum agere, est recensere hominum facultates. Liv. *1. ab urb.* Censum instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio. Lex centui censendo. Liv. *lib. 3. d. 5.* ¶ Legem censui censendo dicere, pro censu agendo, aestimandisque civium fortunis & facultatibus, dixit Liv. *lib. 43.* Legem censui censendo dicturos esse, ut præter, &c. Cic. *pro Flacco*, Illud quæro, sintne ista prædia censui censendo. ¶ Censui censendo bona esse dicebantur, quæ mancipi erant, & modis jure civili institutis acquisita. Cic. *pro Flac.* Illud quæro, sintne ista prædia censui censendo? habeant jus civile? sint mancipi? subsignari apud ærarium, apud Censorem possint? ¶ Censur item, annuus redditus, & quicquid foranarum quis habet, *κόση, τιμωτή*. Juvenalis,

*Protinus ad censum, de moribus ultima fiet*

**Quæstio**. Cic. *2. de leg. lib.* A quo iterum furerum sumptus præfinitur ex censibus, à minis quinque usque ad minam: unde qui centum millia æris in professionem detulissent, Censu dicebantur: Censur equestris constabat ex tertertiis quadringentis. In Censum patris deferebatur filius. Quint. *declam. 278.* Censur edere. Sueton. *in Calig. cap. 38.* N. mero ex censu constituto dare servos ad remum. Liv. *lib. 34.* Domus vel censu parva, vel ortu. Ovid. *Eleg. 1. lib. 1. Trist.*

*Finge sed immensis censibus esse pares.* Idem *Eleg. 7. lib. 3. Trist.* & *Eleg. 5. lib. 4.* ¶ Censur capere, pro capere pignora. Plaut. *in Menach.* Quinisi adlunt cum citentur, census capiant illicò. ¶ Censur animæ, origo. Tertul. ||

**Censa**, pro Censur, Cic. *de consulatu suo.* *Quorum luxuries fortuna censa peredit.*

**Nonius**. Censur, a, um, significat id, quod in censum est relatum. { *τιμωτή*. ANGL. *Cessed, valued, taxed.* GALL. *Taxé, qui a baillé son dénombrement pour la taxe.* } Cic. *pro Arc.* Illis temporibus nulla populi pars est censa. Idem *in Verrem*, Te prætorè Sicilia censa denud est. Idem *de Orat.* Quæritur de eo qui domini voluntate census sit, si lustrum conditum non sit, sintne liberi? ¶ Censu etiam illi appellabantur, qui centum millia H-S. in bonis habebant, qui à Jurisconsultis appellantur Centenarii. Vide *Centenarius*.

**Censualis**, e. Ulp. *l. forma, ff. de censib.* Forma censuali cavetur, ut agri sic in censum referantur. Vincula censualia. Idem *ead. l. §. si quis inquil.* Si quis inquilinum, vel colonum non fuerit professus, vinculis censualibus tenetur. ¶ Censualis ager, censui obnoxius. Censuales qui operam suam accommodabant magistro census, & acta senatus conficiebant. Buleng. Censualis contractus, &c. ||

**Centauria**, æ, sive centaurion, ii, *κενταύριον* Dioscor. Herba est, quæ à Chirone Centauro nomen accepit, qui ea curatus dicitur, quum Herculis hospitis sui arma pertractans, sagitta decidisset in pedem. Ejus duo sunt genera, majus, & minus. Majoris radix, quæ sola in usu est, in Officinis pro Rheo Pontico magno errone ostenditur. } GALL. *Centaure ou erronée.* ITAL. *Reupontico.* GERM. *Tausend gulden kraut.* HISP. *Reupontico.* } Minus verò Centaurion (quod à Plinio *Cetaurion lepron* dicitur, & à nonnullis *Limneson*, propterea quòd rigua amet loca) etiam hodie in officinis nomen retinet: tametsi à quibusdam *Febrifugia*, & *Fel terra* dicitur. { GALL. *Fiel de terre.* ITAL. *Biondella.* HISP. *Hiel de tierra.* } Virg. *4. Georg.* Centaureum appellavit,

*Cecropiumque thymum, & graveolentia Centaurea.* Lucret.

*At contra tetra ab sinthi natura serique.* Centauri.

Ubi ferum propter amaritudinem indomitam vocavit. Vide Plin. *lib. 25. cap. 6.*

**Centauricus**, Galatâ quidam fuit, qui Antiocho rege occiso, equo ejus potitus, cum ovans conscendit. Quod ille indignè ferens, præceps in abrupta desiliit, unâque cum fessore est exanimatus, ut ex Philarchi sententia refert Plin. *lib. 8. cap. 42.*

**Centauris**, Plinio tertia est centaurii species, cognomento Triorches, eo quòd qui eam secat, à triorchè accipitrum genere dicatur impugnari. Hæc Plin. *lib. 25. cap. 6.*

**CENTAURÏ**, *κένταυροι*, Thæsalix populi, secus Pelion montem habitant.



tes, qui primi equos domate, & ex ijs pugnare coeperunt: quo factum est, ut à vicinis populis primùm coniecti, membra partim humana, partim equina habuisse crederentur. De horum origine sic fabulantur poëtae, Ixionem à Jove deorum immortalium mensa adhibito, Junonis amore captum fuisse, eamque de stupro interpellasse. Quod quum illa vito suo indicasset, Jovem Ixioni nubem subjecisse in uxoris imaginem transformatam, eamque Ixionem pro Junone compressisse, & ex ea Centauros generasse: qui inde Nubigenæ dicti sunt. Cui fabulae ansam præbuisse videtur castellum nomine Νεφέλη, Centaurorum sedes; Νεφέλη enim Latine nubem sonat. Hi quum in nuptiis Pirithoi vino madentes sponsam rapere conarentur, à Theseo & Lapithis partim cæsi, partim in fugam acti sunt. Unde locus factus Adagio, Mens non inest Centauris, & sic cetera in κενταύροις. In væcordes & stultos dicebatur, & qui conarentur, quod effici non posset. Adagium à Diogeniano refertur, isque convenire putat in contentiosos & alieni appetentes, propterea quòd Centauris exitium attulerit rerum alienarum appetentia. Iidem & Hippocentauri dicti sunt, quòd equis insidentes, boves cæstris agitates, stimulis ad recta revocarint. Est enim κενταύριον, stimulare & pungere. Centaurorum nomina, qui magis insignes fuerunt, hæc sunt: Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhætus, Arneus, Lycidas, Medon, Pisenor, Caumas, Mermetos, Pholus. Hic Herculem suscepisse dicitur hospitio. Lucan. lib. 6.

*Hospes & Alcida magni Phole.*

Est etiam Centaurus navis nomen apud Virg. 5. *Æneid.* Centauro, inquit, invehitur magna. Hinc adject. Centaureus & Centauricus. Horat. 1. *Carm. Ode 18.*

*At, ne quis modici transiliat munera Liberi,  
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero  
Debellata.*

Stadius lib. 1. *Achil.*

*Mox iterum campos, iterum Centaurica reddam  
Lustræ tibi.*

Centaureus, αἰών. Fluvius Ætoliæ est, qui prius Evenus dicebatur, post Messii Centauri mortem ab Hercule interfecti, à poëtis Centaurus vocitatus.

Centēnāriūs, Centenus, Centesimus, Centesimare, Centiceps, Centimanus: vide *Centum*.

Centifollā, rosæ genus, in Campania potissimum proveniens: à foliorum multitudine ita appellatum, de quo vide Plin. lib. 21. cap. 4.

Centigrānum, genus tritici, dictum quòd ferat centum grana. Plin. lib. 18. cap. 10.

Centinodia, vide *Polygonon*.

Centinum, κέντινον. Umbriæ oppidum, apud Ptol. lib. 3. cap. 1. Alii Sentinum scribunt per s, quibus etiam Plin. suffragatur, qui in Umbriæ descriptione Sentinarium meminit.

Centipēdā, vermis est pilosus, multis pedibus arcuatim repens, ab aliquibus *Multipeda*, ab aliis *Millepeda* dictus, κέντιπον. Differt à scolopendra, quæ & minor est, & perniciosior, neque arcuatim serpens. Author Plin. lib. 29. cap. 6.

Centipellio, nis. Plin. lib. 28. cap. 9. de *Cervis*, Testes quoque ejus inveterati, vel genitale maris, salutariter dantur in vino: item ventres qui centipelliones vocantur.

Centipēs, piscis est alio nomine Scolopendra dictus, κέντιπυς, dicitur à terrestri scolopendræ similitudine. Hic hamo devorato, omnia interanea evomit, donec hamum egerat: deinde resorbet. Author Plin. lib. 9. cap. 43.

Cento, nis, velum laneum, lana, aut tomento confectum, qualibus olim in bello uti solebant, ad machinas obtegendas, ne tormentorum missilibus perfringerentur. & κέντινον. GALL. Une chose faite de pieces ramassées, amas de plusieurs pieces & morceaux. ITA. Schiavina. GERM. Ein wollne zusamen bletsz te decke oder fuhhang. HISP. Vestidura à obra de remiendos. ANGL. Abapharlat, à course covering of diverses shreds. Cæli Centonésque insuper injecerunt, ne aut tela tormentis missa contabulationem perfringerent, aut saxa in catapultis lateritium discuterent. Sifen. lib. 3. *Hist.* Aceto madefactis centonibus integuntur. Quidam centonem capiunt pro Straguli genere, quod cubantibus insterni solet. Cato de *re rust.* cap. 10. & 11. Culcitra octo, instragula octo, pulvinos sexdecim, operimenta decem, mappas tres, centones pueris sex. Similiter & Macrobius dum scropham sub centonibus jacere scribit, rusticum stragulum esse declarat. Fieri autem centones constat ex pannis diversorum colorum, vel lanis in unum condensatis atque confutis. Unde ad earum similitudinem, Centonem vocant carminis genus, ex diversis carminum fragmentis, hinc atque illinc accersitis, contextum, quasique confutum: Græci κέντιπυς vocant. Extant adhuc Homero-centones, Ομηροκέντιπυς: & Virgiliocentones à Proba Falconia confuti: item alii ab Aufonio, qui etiam centonum legem præscripsit his verbis. Variis (inquit) de locis, sensibusque diversis quædam carminis structura in unum solidatur versum, ut coeant, aut cæsi duo, aut unus, aut sequens cum medio: nam duos junctim locare ineptum est. Unde proverbialiter dicimus farcire centones. Plaut. *Epid.* Quid tu, inquit, alium quaras, cui centones farcias? id est, quem tu gloriosis mendaciis & consarcinatis fabulamentis expleas. Centonarii, qui Centones conficiebant. Centonarum opus, quod constat è centonibus. Tertull.

Centunculus, dim. à Cento, pro vili ac fordido stragulo, κέντινον. Seneca lib. 11. *epist.* 81. Diurnum accipit, in centunculo dormit. Accipitur & pro viliori operimenti genere, quod clitellis substerne solet. Liv. 7. ab *Vybe*, Multis strata detrahi jubet, binis tantum centunculis relictis. Apul. *Apol.* 1. Mimi centunculo uti. Centunculus item, teste Dioscor. à Romanis vocatur herba, quam Græci *Cnaphalium*, & *Chamezelum* vocant. Ratio nominis tracta videtur à molli foliorum lanugine, qua ad infarciendos centones tomenti inopia suppleri posset. Vide Dioscor. lib. 37. cap. 112. Plin. autem lib. 24. cap. 15. Author est, Centunculum Italis appellatum fuisse tertium clematidis genus, rostratis foliis, ad similitudinem capitis penularum jacens in arvis.

Centonalis, ruta sylvestris, apud Dioscor. lib. 3. cap. 51.

Centonicum, id est, Absinthium marinum: Diosc. lib. 3. cap. 26.

Centrones, populi sunt qui inter Alpinas gentes commorantur. Plin. lib. 3. cap. 20.

CENTRUM, Latine punctum in sphaera, orbe, aut circulo medium, à quo lineæ rectæ ad extremitatem ductæ inter se sunt æquales. & 277 κέντρον. GALL. Centre, le point ou milieu d'une chose ronde. ITAL. & HISP. Centro. GERM. Ein mittel punct. ANGL. The middle point in around thing. Apuleius in *Cosmographia*: Cardinem, inquit, mundi (sic enim dixerim centrum) habet tellus. Cic. 1. *Tusc.* Perluadent enim Mathematici tertiam in medio mundo sitam ad universi cæli complexum, quasi puncti instar obtinere, quod Centrum illi vocant. Centra in marmore, sunt quidam veluti duriores nodi, ad clavi similitudinem, inimica ferris, qui in intima etiam lignorum parte inveniuntur. Plin. lib. 16. c. 39. Inveniuntur & in quibusdam arboribus, sicut in marmore, centra, id est duritia clavo similis, inimica ferris. Et quædam forrè accidunt, lapide recepto, aut comprehenso in corpus, aut alterius arboris ramo. Est item Centron crystalli quoddam vitium, durū & fragile, quod & salem appellant. Plin. lib. 37. c. 2. Inestantur crystalli plurimis vitiiis, scabro, ferrugine, maculosa nube, occulta aliquando vomica, præduro fragilique centro, & sale appellato.

Centrus, κέντρον, est cedrus apud recentiores Græcos, quibus & valet δ. Meurs. in Gloss. gr. b.

Centrālis, adjectivum, κέντρον. Plin. lib. 2. Quindecies & pluribus suberit, quàm terra centralis interveniat.

Centrosūs, a, um, κέντροσός: ut, Centrosa scrobs, id est, limatura admodum dura, veluti centrum quod in marmore, vel junipero invenitur. Plin. lib. 37. cap. 7. Adulterantur vitto simillimæ, sed core deprehenduntur, sicut aliæ gemmæ factitiæ: mollior enim materia & fragilis, & centrosa scrobe deprehenditur, & pondere, quod minus est, vitreis aliquando pustulis argenti modo relucetibus.

CENTUM, nomen numerale & indeclinabile. & 278 κέντρον. GALL. Cent. ITAL. Cento. GERM. Hundert. HISP. Ciento. ANGL. An hundred. Cic. pro *Mil.* Hi centum dies penes accusatorem quum fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt. Accipitur aliquando Centum indefinitè pro pluribus. Sic centum greges, apud Horat. 2. *Carm. Ode 16.* & Centum juvenci, apud eundem lib. *Epod.* Centum puer artium, 4. *Carm.* Ovid. *Eleg.* 1. lib. 2. *Thrift.*

Centum taurorum sanguine fuso.

Plaut. *Pseud.* sc. 3. a. 2. Centum doctum hominum consilia vincit fortuna. Composita tamen variantur, ut Ducenti, a, a, Trecenti, Quadringenti, Quingenti, Sexcenti, Septingenti, Octingenti, Noningenti.

Centēs, adverb. & κέντρον. GALL. Cent fois. ITAL. Cento volte. GERM. Hundert mahl. HISP. Cien vezes. ANGL. An hundred tymes. Et ut, Dixi ut caveres centies. Plaut. *Pseud.* sc. 7. a. 4. Quin centies eadem imperem. Idem *Asin.* sc. 4. a. 2. Siquidem centies eadem visa sit. Idem *Merc.* sc. 2. a. 2. & *Senec.* c. 8. de *consol. ad Helv.* Centies H-s. Centies circumspicere prius quàm, &c. Plaut. *Rud.* Centies H-s. reliquit. Cic. 1. *Phil.* Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Noningenties.

Centēnāriūs, & κέντρον. GALL. De cent ans, de cent livres, ou telles choses. ITAL. Di cento anni, di cento libre, & cose simili. GERM. Das von hundert istes seyen pfund /jahr vmd dergleichen anders. Ein Centner. HISP. Cosa de numero de ciento. ANGL. Of an hundred years in age, of an hundred poundweight, and sicklike. Et similia in arius, denotant non multiplicationem sui, sed numerum aliarum rerum, quæ non nominantur: ut, Lapis centenarius, non quòd centuplus sit, sed centum librarum. Homo centenarius, non quòd sit centum geminus, sed quòd habeat centum annos. Centenarius numerus gregum. Varr. 2. de *re rust.* cap. 5. κέντρον. Centenariæ cœnæ dicebantur, in quibus lege Licinia non plus centussibus, hoc est, centum assibus impendebatur, qui erant nummi breves ex ære. Festus. Centenarii item illi dicuntur à Jureconsultis qui centum millia H-s. possident, qui à veteribus, ut ait Alconius, dicebantur Censi.

Centenarium, κέντρον. Suid. Maxima turris curiæ Constantinopolitanæ etiam vocabatur κέντρον. Vide Gloss. gr. b. Meurs. Est item numi genus. Item turris curiæ magnæ. L. gr. b. Item numerus centum. Centenaria Curia, constans centum Senatoribus. Bud.

Centēnūs, a, um, & κέντρον. GALL. De cent. ITAL. Di cento. GERM. Das zu hundert gehört. HISP. Cada un ciento. ANGL. Of and hundred. Plin. lib. 11. cap. 37. Jecur maximæ vetustatis patiens, centenis durare annis obsidionum exempla prodidit, hoc est, centum. Idem lib. 33. cap. 10. Non erat apud antiquos numerus ultra centum millia: itaque & hodie multiplicantur hæc, ut decies centena millia, aut sæpius dicantur. Virg. 10. *Æneid.*

It gravis Auletes centenaque arbore fluctum

Verberat assurgens, hoc est, centum ingentibus remis.

Centēsīmūs, a, um, Proprie ordinis numerus est, significans postremum, vel unum ex centenario. & κέντρον. GALL. Centiesime. ITAL. Centesimo, cento per uno. GERM. Der hundertste. HISP. Ciento puesto en orden. ANGL. The hundredth. Plaut. in *Milit.* Haud centesimum partem dixi: neque otium si sit, posse exproptere. Idem *Capt.* sc. 3. a. 2. Me haud centesimam partem laudas. Interdum multiplicandæ vim habet, & pro centuplo accipitur: ut quum dicimus, Centesimum fructum ager attulit, hoc est, centies tantum quantum sementis acceperat. Centesima fruges, Plin. lib. 5. cap. 4. Ita appellatur regio cæli. M. passuum fertilitatis eximia, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Centesimas Calendas, Jurisconsulti vocant centesimū mensem: unde Centesimis Calendis aliquid dare, hoc est, intra annos octo, & menses quatuor, ut annotavit. Alciat. in *Parerg.*

Centēsīmā, a, genus usuræ, quæ centesimo mense explet sortem, ut potè quum centum librarū fors singulis mensibus libram unam usuræ parit, hoc est, duodecim libras singulis annis. & κέντρον. GALL. douze pour cent. Vide Bud. de *Asse.* Cic. ad *Attic.* lib. 1. Nam à Cæcilio propinqui minore centesimis nummum movere non possunt. Plin. *Epist.* 205. Proinde prima quaque occasione mitte, appositis quidem usuris, quas ego (non postum parcius) centesimas computabo. Centesimæ



Centesima accessio, pro ea, quam in redigenda pecunia coactores exigunt. Cic. *pro Rabirio*, Non intelligo hoc quale sit: utrum accessionem decumae, ut nostri ferè coactores solent, centesima, an decessionem de summa fecerit. Cato in *c. de olea prudentis lege*, Qui oleam emerit, amplius quam quanti emerit, omnis pecuniae centesima accedit.

Centēsīmārē & Decimare exercitiū, castrensia verba sint, pro eo quod est, centesimum, vel decimum militem supplicio afficere. Solebant enim Imperatores, quū gravius quidpiam milites deliquissent, eam moderationem adhibere, ut neque universum exercitum deleterent, neque facilitate veniæ alios ad similia invitarent. Convocatis itaque universis, centesimum, aut (si videretur) decimum quemque forte proditum securi percutiebant, cæterosque liberabant. Julius Capitolinus in *Macrino*, Et cum seditiones militares pararentur, multos sæpius decumavit, aliquando etiam centesimavit: quod verbum proprium ipsius erat, cum se clementem diceret, quando eos centesimaret, qui digni essent decumatione atque centesimatione.

Centgravii, Centenarii, in antiquis Romanorum legibus. Cujac. || Centiceps, pitis, qui centum habet capita. { *ἑκατόκεφαλος*. GALL. Qui a cent testis. ITAL. Di cento capi. GERM. Hundertköpfig / das hundert heupter hat. HISP. Cosa que tiene cien cabeças. ANGL. That hath an hundred beades. } Horat. 2. *Carm. Ode 13.*

— illis carminibus stupens  
Demittit atras bellua centiceps  
Aures.

Centimānus, qui centum habet manus. { *ἑκατόχρη*. GALL. Qui a cent mains. ITAL. Di cento mani. GERM. Der hundert händ hatt. HISP. El que tiene cien manos. ANGL. That hath an hundred bandes. } Qualem fuisse Briareum gigantem tradunt Poëta. Virg. 6. *Aeneid.* Ovid. 3. *Metam.*

Nec quo centimanum dejecerat igne Typhaa  
Centimanus Gyges.

Horat. 2. *Carm.*  
Testis mearum centimanus Gyges  
Sententiarum.

& Ovid. *Eleg. 7. lib. 4. Trist.*

Centūvirī, Judices centum Romæ, qui de causis quibusdam privatis cognoscebant & judicabant: ut de usucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, testamentis, &c. { *Cent personnes ou plus, qui anciennement à Rome jugeoient des causes civiles.* ITAL. Il magistrato di cento huomini. GERM. Hundert vnd sunff richter vore zeyren zu Rom. HISP. Collegio era en Roma de cien varones. ANGL. An hundred judge shat judged of certane civill causes in Rom. } Nam quam essent Romæ triginta quinque Tribus, quæ & Curiae sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad judicandum, & Centumviri appellati: qui licet quinque supra centum fuerint, tamen quod facilius nominarentur, Centumviri dicti sunt. Festus. Cic. *pro Cecin.* Et hoc loco Scævola dixisti, causam apud Centumviro non tenuisse. Idem 1. *de Orat.* Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patricios Centumviri judicant.

Centūvirāllis, e, quod ad centumviro pertinet: ut Judicium centumvirale. Cic. 1. *de Orat.* Quid quod item in centumvirali iudicio certatam accepimus? Centumvirales causæ, Centumviralia iudicia, & Centumviralis hasta, &c. Centumviralium partes in duas hastas divisæ. Quintil. Centumviralium hastam cogere decemviro. Sueton. in *August.* cap. 36.

Centuplex, icis, { *ἑκατόπλευρος*. GALL. Centuple, ou cent fois double. ITAL. A cento doppi. GERM. Hundertfeltig. HISP. Ciento tanto. ANGL. An hundredth fold. Plaut. in *Perfa*, Hæc nisi inde abierit, centuplex murus rebus servandis parvus est.

Centuplicatō, adverb. { *ἑκατόπλως*, *ἑκατόπλευρως*. GALL. Cent fois autant, ou cent fois au double. ITAL. Radoppiato ciento volte. GERM. Doppelt hundertfeltig. HISP. Cien vezes tanto. ANGL. A hundredth fold double. } Plin. lib. 6. cap. 23. Quæ apud nos centuplicatō vaneunt.

Centuplūs, a, um, idem quod Centuplex.

Centūllis, pecuniae genus fuit apud Romanos, centum asses, seu (quod in idem recidit) quadraginta valens sestertios. Persius, Et centum Græcos curto centulle licetur. Centullis, pro centulle, id est, assibus centum. Varr. apud Gell. lib. 15. cap. 19. Nunc qui illum norunt, volunt emere millibus centum: te qui novit nemo centullis.

Centūncāptā, *ἑκατόκλιπα*, *ἑκατόκλιφα*. Herba est ex aculeatarum genere, quæ alio nomine Erynge alba, sive Eryngium dicitur, *ἑρύγγιον*, caule & radice in cibos à Græcis recepta. Plin. lib. 22. cap. 8.

Centūmpōndiū, pro immani pondere legitur, etiam si centum pondō excedat. Plaut. in *Asin.* sc. 2. a. 2. Ad pedes quando alligatus es. Passer, ita legit: Ad pedes quando adjectum est æquum centumpondium. Supra in *Æquum*. Æquum centumpondium. Cato cap. 13. Cellas duas, trutinam unam, centumpondium incertum unum, & pondera certa.

Centūncūllūs, vide *Centō*.

Centūrīā, numerus Centum, { *ἑκατόν*, *τάξιν ἑκατόν*. GALL. Centaine, bande de cent hommes. ITAL. Compagnia di cent huomini. GERM. Ein rott hundert triegs leut. HISP. Compañia de cien hombres armados. ANGL. A companie contenin; and hundred men. } In re militari centum continet homines, qui sub uno Centurione sunt, quorum centenarius iustus est numerus. Cic. 2. *de Divin.* Primum vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriae fuisset. Centuriae in agris, dicebantur ducenta jugera. Centuria à Centum jugeribus vocabatur: sed mox duplicata nomen retinuit, inquit Columel. lib. 6. Sicut Tribus dicta, primam à patribus populi tripartitō divisi, quæ tamen nunc multiplicata, pristinum nomen possident. Varr. lib. de ling. Lat. 4. Gell. cap. 4. lib. 16. In legione sunt Centuriae sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.

Centuria, vocabulum centuriis, ut ait Siculus Flaccus, ex eo datum est, quum antiqui Romani agrum ex hoste captum victori populo

per bina jugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena jugera dederunt, & ex hoc facto centuria jure appellata est.

Centūrīō, dicitur qui centum peditibus præest. { *ἑκατόνταρο* *ἑκατόνταρο*. GALL. Centenier, ayant sous soy & en sa charge cent hommes d'armes. ITAL. Centurione, capitano di cento soldati. GERM. Hauptman ober hundert fustnecht. HISP. Capitan de cien hombres armados. ANGL. A centurion, a capitane of an hundred men. } Cic. *pro Marcello*, Nihil sibi ex ista laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. In exercitu autem miles centurioni, Centurio Tribuno, Tribunus, Legato, Legatus Consuli obediebat: sed seorsum Magister equitum soli Dictatori obtemperabat. Centurio autem primæ cohortis dicebatur primipilus, teste Plin. Centuriones primorum ordinum. Cæf. 1. *de bell. civ.* Veteres quum viderent commisso prælio, acies facile turbari, ut hoc incommodum evitarent, cohortes in centurias divisere, & singulis centuriis singulos centuriones præfecerunt, qui primo Centurioni vocabantur, quemadmodum Decuriones Decurioni. Cohortes in exercitu decem erant in singulis legionibus, sed prima, quæ reliquas & numero militum & dignitate præcedebat, Aquilam habebat, quod præcipuum erat signum Romanorum. Centuriones hujus cohortis cæteris centurionibus dignioribus habebantur. Prima Centuria Primipilum vocabatur, quod circa signa gravis armaturæ constituta erat. Centurio ipse, Primipili centurio dicebatur, & Primipilus: Centurio primipili fuste percussus est. Velleius. Hic non modò Aquilæ præerat, sed quatuor centurias, hoc est, quadringentos milites in prima acie gubernabat: & tanquam princeps totius legionis merita consequebatur & commoda. Veget. lib. 2. *de re mil. cap. 18.* Primipili munus honestissimum fuit, nam & ipsi Tribuni sæpe illud appetebant, ut tradit Liv. lib. 7. P. Salonius alternis propè annis & Tribunus militum, & primus Centurio erat, quem nunc Primipilum appellant. Mart.

Gratu pudens meriti tulerit quum premia pili.

Centūrīō, as, in centurias distribuo, refero. { *κατατάσσει, κατατάσσει, κατατάσσει*. GALL. Mettre par centaines, distribuer par bandes. ITAL. Ordinare soldati di cento à cento. GERM. Solche rotten ordnen deren ein jede hundert personen halt. HISP. Ordenar los hombres armados de ciento, en ciento. ANGL. To distribute and put in bandes of an hundred, to hundred. } Cic. *ad Quirites post red.* Ego quum homines in tribunali Aurelio palam conscribi, centuriarique vidissem, Ager centuriatus, qui in ducenta jugera definitus erat. Romulus enim centenis civibus ducenta jugera distribuit. Et milites Centuriati, qui in Centurias ordinabantur. *πεντακτοί*. Liv. lib. 29. Scipio postquam in Siciliam trajecit, voluntarios milites ordinavit centuriavitque. Centuriatæ cohortes subsidio missæ. Cæf. lib. 1. *de bell. civ.* De comitiis centuriatis, vide Gell. cap. 26. lib. 15. Item, Miles pulchrè centuriatus est expuncto in manipulo. Plaut. *Cure. sc. 4. a. 4.* id est, circumscriptus & deceptus. Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia. Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.* Centuriata comitia, ut Alconius scribit, dicuntur, quum ab omni sexu & ætate fertur suffragium: dicta Centuriata, quod populus per centurias divisus suffragia ferebat. Hæc in campo fiebant Martio, & omnium fuerunt maxima, itaque maximus Comitarius pro centuriatis comitiis sæpe apud Ciceronem dicitur. Hinc Succenturio, à quo Succenturiati, dicuntur milites non primæ, sed secundæ centuriæ, ubi ad insidiandum maximè collocabantur. Unde Succenturiatus dicitur, quasi in insidiis positus. Terent. in *Phorm.* Nunc prior adito tu, ego in insidiis ero hic succenturiatus, Si quid deficiet. Propriè autem Succenturiate significat explendæ centuriæ gratia militum numerum supplere, vel in locum occisorum, vel exauthoratorum militum, alios substituere. Gellius cap. 8. lib. 13. eleganter ad cibos transtulit, quum in locum ciborum qui auferuntur, alii statim substituantur.

Centūrīārūs, us, nomen, Dignitas & officium centurionis, *ἑκατόνταρο*. Cic. *pro lege Manil.* Quem enim possumus Imperatorem aliquo in numero putare, ejus in exercitu vaneant centuriatus, atque vaneant? Liv. 2. *bel Pun.* Ubi ad decuriatum, ac centuriatum convenissent. Cic. in *Pison.* Quid centuriatis palam venditos?

Centūrīātim, per Centurias. { *κατατάσσει, κατὰ τὰς ἑκατόνταρο*. GALL. Par centaines. ITAL. Per centinaia, à cento à cento. GERM. Von einer rott welche hundert halt zu der anderen / Durch die rotten. HISP. De batalla en batalla. ANGL. In hundredths hundredth by hundredth. } Quemadmodum Tributim, per tribus. Cic. *pro Flacco*, Distributis partibus tributim, & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus. Item centuriatim, abundanter significat & copiosè. Pomp. *Prohibulo*, Continuo ad te centuriatim current, qui panem petent. Ex Nonio.

Centūrīōnūs, ab antiquis dicebatur, teste Festo, qui postea Centurio appellatus est: sicut Curionus, & Decurionus, qui nunc Curio & Decurio nuncupantur.

Centuripe, es, sive Centuripa, *κινυρῖπιν* Ptolemæo, Oppidum est Sicilia sub Ætna monte, Symatho flavio, & Caranae urbi proximum, ut tradit Strabo lib. 6. Hinc centuripini populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8. Et Crocum Centuripinum, apud eundem lib. 21. cap. 8. Vulgò Centorbe.

Centullis, vide *Centum*.

Cepæa, Plinio herba est similis portulacæ, nigriore radice, sed inutili, nascens in littoribus arenosis, gustu amara.

Cepe, sive Ceba. Vide *Capa*.

Cepina, æ, locus cepis consitus, vel ipsarum cepearum uno in loco consitarum multitudo. Col. Sed cepina vel sæpius, cerrè non minus debet quam quater sarriri.

|| Cephalades, cephaloræ, capitanei: cepaticum, capitaneatus. L. gr. b. || Cephalalgia, { *κεφαλαλγία*. GALL. Douleur de teste, Migraine, & autres. ANGL. Griefor doulour of the te head. } Generale nomen est ad omnes capitis dolores, continetque sub se Hemigraniam, Cephalæam & similes.

Cephalas, *κεφάλαιον*, promontorium altum & syluosum majoris Syrtis initium. Scab. lib. ult.



**Cephalidium** Strab. Cephalidis Plin. Oppidum est Siciliae, non procul ab Himero flavio. Vide Plin. lib. 3. cap. 8. & Strab. lib. 6. Vulgo *Cifalu*.  
**Cephalotomi**, κεφαλοτομοί, Colchicæ regionis populi. Author Plin. lib. 6. cap. 5. in descriptione regionis Colchicæ.  
**Cēphālāā**, ἡ κεφαλαία. ANGL. *A long dolour of the head.* } Diurnus, & inveteratus capitis dolor, à sono, splendore, vel odore vehementiore, & nonnunquam à meri potu proveniens. Differt ab hemictania, quòd ea dimidiam tantum capitis partem infestet; Cephalæa totum caput occupet. Plin. lib. 20. cap. 13. Lenit autem capitis dolores ruta pota cum vino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si verò sit cephalæa, cum farina hordeacea, vel aceto. Sed & Celsus Cephalæam cautum quoddam pestilensque malum appellat.  
**Cephalene**, κεφαλήνη, vel Cephalenia, κεφαλήνια, cum è longo post l, Insula Ionii maris, à Cephalo Amphitryonis socio: vel à Cephalo Deionei filio dicta. De hac Strab. lib. 10. Non dubitavere plerique Cephaleniam eandem, & Dulichium appellare, & Taphium. Alii Taphios & Cephalenios eisdem dixere Teleboas, & adversus illos Amphitryonem exercitum ductasse, assumpto socio Deionei filio Cephalo, ex Athenis profugo. Insula deinde Amphitryonem potitum, eam Cephalo tradidisse, ab eoque nomen habuisse insulam. Hinc populi Cephalenes, κεφαλήνεις, qui Ulyssem ad bellum Troianum sequuti sunt, ut est videre apud Hom. in *Catalog. navium*.  
**Cephalicus**, a, um, κεφαλικός, ἡ, ὄν, capitalis, ad caput pertinens. Cephalicum, emplastrum sic dictum, quòd capiti fracto convenit. Celsus lib. 10.  
**Cephaline**, linguæ portio, cui gustus potentia inest.  
**Cēphāloctūstēs**, κεφαλοκρούστης, vermis qui in foliis persici involvitur.  
**Cēphālōs**, Daphnoides apud Diosc. lib. 4. cap. 149.  
**Cephalotos**, Thymus apud Diosc. lib. 2. cap. 14.  
**Cephalædis**, Siciliae fluvius, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 8. in descriptione Siciliae. Hodie *Cephalodum*.  
**Cēphālūs**, κεφαλῶς, Æoli filius, sive (ut alii tradunt) Deionei & Æoli nepos. Plaut. *Amph.* Summa regem virtute bellica illis (Taphiis) præfeci Cephalum magni Deionei filium. Hic Procrin Erichthei, vel secundum Servium, Hyphili regis filiam uxorem habuit: sed non minus etiam diligebatur ab Aurora, quæ illi canem Lælapem, & duo hastilia, omnia quæ vellet, contingencia (erat enim venator insignis) dederat. Quapropter uxor suspicans maritum suum alterius mulieris amore captum, furtim eum in sylvam secuta est: & ut periretur an alteram adamaret, inter virgulta se abscondit. Lassus itaque æstu, laboreque Cephalus, quum se ad virgulta recepisset, sub arboris cujusdam umbra recumbens, Auroram invocabat. Quapropter suspicata Procris, pellicem esse eo nomine, quam ille vocaret, quòd rem omnem melius cognosceret, propius voluit accedere. Videns itaque Cephalus virgulta commoveri, feram ratus, jaculum immisit, atque ita insciens uxorem interfecit. Vide latius hanc fabulam apud Ovid. 7. *Met.* Hunc postea ab Aurora raptum idem Ovid. author est lib. 3. *de arte amandi*.  
*Latminis Endymion non est tibi Luna pudori,  
 Nec Cephalus Rose a prada pudenda dea.*  
 Neque tamen desunt, qui à Iove in lapidem conversum tradunt. Alter fuit Cephalus, Atheniensis orator, qui primus proœmia & epilogos induxit. Author Suidas. Hujus Cephalis Æschin. & Dem. in orationibus adversariis memincunt.  
**Cephalus**, κεφαλῶς. Piscis est in metu caput occultans, totum se absconditum existimans: cephalus dictus à capitis magnitudine.  
**Cephalæus**, a, um: ut, Caro cephalæa. Lucil. lib. 2. *Satyr.*  
*Abdomina, thimbia venientibus prius  
 Dabo, cephalæamque carnem.*  
 Vide Gell. lib. 10. cap. 20.  
**Cephas**, κηφῆς, nomen Apostoli, qui Græcè κηφῆς. Est autem κηφῆς, lapis, & ἡβρ. & Chald. lapis: & cum articulo πέτρος lapis & Petrus. Dicitur autem lapis de Christo & Petro ἡμωνίμους, non eadem significatione. Vide Casaub. *exerc.* 13. ad ann. Bar. 16. & 17.  
**Cēphēns**, κηφῆνης, recentes fucorum foetus, quum formam capere ceperint. Plin. lib. 11. cap. 16. Rex apum statim mellei coloris, ut electo flore ex omni copia factus: neque vermiculus, sed statim penniger. Cætera turba quum formam capere ceperit, nymphae vocantur, ut fuci sirenes atque cephenes. Cephenes item fuerunt Asiae populi, qui postea à Persa Jovis & Andromedes filio Persæ appellati sunt. Author Heren. lib. 2.  
**Cēphēus**, κηφῆς, teste Ovidio, Æthiopum rex fuit, Adromedæ pater, quam Perseus periculo liberatam uxorem duxit. { GERM. Ein König der Mores/ und ein vatter Andromede. } Hinc postea una cum uxore Cassiopea, & Andromede filia, & genero Perse in cælum translatus dicitur. Oritur Cepheus in 15. parte Capricorni.  
**Cēphēiūs**, Ovid. 4. *Metam.*  
*— Cepheia conspiciat arva.*  
**Cephis**, statuarius nobilis, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8.  
**Cephisia**, κεφισία, Attica regio. { GERM. Die landtschafft Cephisia. } Nam Cecrops Athenarum conditor omnem ejus regionis multitudinem in XII. urbeis digessit. Sed Theseus postea has omnes in unam Atheniensium civitatem congregavit. Dicta Cephisia à Cephiso amne. Est & Cephisia fons Atticæ; sicut Larinx, Calliroë.  
**Cephisus**, κηφισός, Lacus est juxta Atlanticum mare, quem Mauri Electrum vocant, quòd sole fervens factum electrum è limo dare creditur sit: ut ex Afarubæ sententia tradit Plin. lib. 37. cap. 2.  
**Cephisodorus**, κηφισόδορος, Atheniensis Tragicus, antiquæ tragædiæ scriptor, cujus fabulas enumerat Suidas. Cephisodorus item statuarius, Praxitelis filius. Alius præterea inter præcipuos pictores. Plin. lib. 35. cap. 9.  
**Cephisodorus**, κηφισόδοτος, Statuarius apud Plin. lib. 34. Fuit item Cephisodorus Atheniensium dux, qui rei malè gestæ damnatus in obsidione Alope onnessi, quinque talentis multatus est. Author Suidas.  
**Cēphisūs**, κηφισός. Fluvius est per Bæotiam fluens, magna ex parte torrentis instar in mare Phaleræum se condit. Ortum habet in radicibus Parnassi montis. Lucanus lib. 3.  
*Calopini Pars I.*

*Ævoti coiere duces, quos impiger ambit  
 Fatidica Cephisus aqua, &c.*

**Cephisus** aquas fatidicas dicitur, propter Themidis oraculum, fluvius huic vicinus, à quo Deucalioni & Pyrrha ratio ostensa est, qua genus humanum posset reparari. Hujus etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 7. Hinc Cephisus, & Cephisias, Patronym. form. Ovid. 1. *Metam.*  
*Nulla mora est, adeunt pariter Cephisidas undas. Et 7. Metam.  
 Vidit & immitem Cephisias ora Procrusten.*  
**Cephus**, animal est apud Æthiopes pedes posteriores humanis pedibus & cruribus, priores hominis manibus similes habens. Hoc animal à Pompeio, quum ludos faceret, in theatro fuit ostensum, & postea Romæ non visum. Plin. lib. 8. cap. 19.  
**Cepina**, vide *Capina*.  
**Cepio**, nomen Romani civis, qui cum Druso inimicitias habuit: unde origo socialis belli, & exitia rerum, ut Alconius & Valerius Maximus testantur. Fuit & alii Cepiones: nam & Catonis Utricen- sis frater Cepio dictus est. Et Cepio Servilius, is cujus culpâ Romanus exercitus à Cimbris deletus est: quo nomine accusatus, damnatusque in exilio petiit. Fuit & Q. Cepio Servilius, qui de Cicilibus triumphavit: sed postea reus damnatusque in Gemoniis scalis manu carnificis laceratus traditur, ut refert Valer. Maxim.  
**Cēpionidēs**, gemmæ crystallini nitoris, quæ imaginis reddunt, ut speculum. Plin. lib. 37. cap. 10.  
**Cēpitēs**, sive Cepocapites, gemma candida est, venarum nodis coëntibus, candore imaginem referens. Plin. lib. 37. cap. 10.  
**Cepæ** Plinio, κεπέω, Suidæ, urbs est ad Bosphorum Cimmerium, Milesiorum colonia: cujus meminit & Pompon. lib. 1.  
**Cepphus**, κεφφός, species avis levissimæ circa mare versantis, quæ faciliè à vento circumagitur. Hinc celer & levis homo vocatur κεφφός.  
**Cēpūtīcā**, τα κηπουρικῆ, Græci appellant, quæ nostri hortensis, olera scilicet, quæ in horto feruntur. Unde Sabinus Tiro librum Cepuricôn scripsit, hoc est, hortensium, quem Mæcenati dicavit.  
**CERA**, ἡ κερά, donāgh. κερά. GALL. *Cire.* ITAL. & HISP. *Cera.* GERM. *Wachs.* ANGL. *Wax.* Satis notæ significationis est, nempe illud quod melle ex favis expresso remanet. Plin. lib. 21. cap. 14. Cera fit expressis favis, sed antè purificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in novo fictili. Sueton. in *Neron.* cap. 17. primæ duæ ceræ in testamentis vacuæ signatis. Eadem cera, ἡ κερά, idem favus, dicebantur proverbiali figura, qui uno ore idem affirmarent: aut qui inter se conspirassent. Ductum à favorum cellulis inter se connexis: sive quòd cera tenax, sibi que hærens: sive quòd olim in ceratis tabellis scribebant. Unde & Horatius,  
*— Cerâ laudatur eadem.*  
 Imis ceris radere, pro eo quod est, delere penitus, sic ut nullum omnino memoriam præstinæ vestigium extet. Ceram auribus obdis, κηρὸν τοῖς ἀσὶ ἐπαλείφεις, in eos qui recusant audire vel æqua, vel iniqua. Natum ab Ulyssis cera, qua suas ac sociorum aures obturat, apud Homer. adversus Sirenarum cantilenas. Cera tractabilior, κηρὸς δὲ πικροτέρη. De vehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili tractabilique, & in quemvis habitum sequaci. Horatius, Persius. Cera etiam veteres, ante inventum papyri usum, pugillares suos obducere solebant, unde etiam pro epistolis & pugillaribus positum invenitur. Juvenal.  
*Nōnne libet medio ceras implere capaces  
 Quadrivio?*  
 Plin. *Epist.* lib. 1. Erat in proximo, non venabulum, aut lancea, sed stylus & pugillares: meditabat aliqua, annotabamque: ut si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem. Per ceram & linum, litteralque interpretes salutem mittit. Plaut. *Pseud.* sc. 1. a. 1. Istoc nomine dum scribo explevi ceras quatuor. Idem *Curc.* sc. 1. a. 3. Ubi est amica tua? Ecce in tabellis portectam. In cera cubat. Idem *Pseud.* sc. 1. a. 1. Animum ex cera cita (i. ex tabellis.) Idem *ibid.* Expressa ex cera, ex annulo tuam imaginem. *Ibid.* Ovid. 1. *Fast.*  
*Perlege dispositus annosa per atria ceras.*  
 Quintil. Cera turbata, & linum ruptum, & signa sine agnitione. Hinc profecta sunt illa loquendi genera, quæ sæpe apud veteres occurrunt. In prima cera, In secunda cera, In ma cera, & Extrema cera. Romani enim sua testamenta in tabulis ceratis perscribebant. Suet. in *Cæs.* Q. Pedium ex quadrante hæredem instituit, reliquos in ima cera, hoc est, in ultima parte testamenti. Inter ceras optima creditur Punica candidissima, proxima maxime fulva. Est & Cera, κήρα, herba. Theophr. *hist. plant.* lib. 9. cap. 15.  
**Ceratarium**, chela, quæ in fluvium, aut mare excurrens vim fluctuum frangit. L. gr. b.  
**Cereostata**, candela.  
**Cerulā**, æ, diminutivum, ἡ κηρα. Cic. ad *Attic.* lib. 16. Cerulas enim tuas miniatulas illas extrimescebam.  
**Cēro**, as, Cerā obduco. { κηρῶν. GALL. *Cirer, encirer, enduire ou couvrir de cire.* ITAL. *Incerare.* GERM. *Vervöchsen mit wach:* überziehen. HISP. *Encerav.* ANGL. *To dresse, to seare or overlay with wax.* } Col. lib. 12. cap. 50. Sexta quaque olivitate dolia cerari oportere antiqui dixerunt. Hinc tabulæ ceratæ dicebantur, cera superinductæ. Plaut. *Asin.* sc. 1. a. 4. Ne epistola quidem ulla uspiam sit in ædibus: Nec cerata adeo tabula. Hinc fit compositum, *Incerare*, Juvenalis, *Genua incerare deorum.*  
**Cerificare**, apes dicuntur, quum ceram faciunt. { κηροποιῶν. GALL. *Faire cire.* ITAL. *Far cera.* GERM. *Wachs machen.* HISP. *Hazer cera.* ANGL. *To mak waxe.* } Plin. lib. 9. cap. 38. Quum cerificavere, fluxus habent succos. Quædam tamen exemplaria hoc in loco habent *Fortificavere*.  
**Ceratia**, inter monetas annumerantur.  
**Cērātūrā**, æ, Ceratio, ceræ obductio. { κηρωσις. GALL. *Cirement, ciru- re.* ITAL. *Inceramento.* GERM. *Wächfung.* HISP. *Enceramiento.* ANGL. *Searing or dressing with waxe.* } Col. lib. 12. cap. 10. Sic vetera non crediderim propter olei succum ceraturam pati.  
**Cērātum**, sive Cerotum. { κηρωτόν. GALL. *Cerat.* ITAL. *Ciroto.* GERM. *Ein pflaster von wach:* gemacht. HISP. *Ceroto.* ANGL. *A seare cloth.* }  
 Malagmatiss



Malagmatis genus, quod vulneribus solet superimponi: constat ex rebus siccoribus, & igni appositum mollescit, sed corpori admodum durefcit, & pertinacius hæret. Dicitur videtur à cera, quæ ferè omnibus ceratis adhiberi solet. Plin. lib. 13. cap. 22. Faciemque invadunt ignes sacri, ob id cerato prius illinunt.

**Cerarium**, apud Cic. 5. Verr. Videtur accipi pro eo, quod ceræ nomine penditur: cujusmodi est, quod etiam hodie pro diplomatum sigillis exsolvimus. Cic. 5. Verr. Ex omni pecunia, quam oratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primum pro spectatione & collybo, deinde nescio pro quo cerario.

**Ceræus**, a, um, quod ex cera fit. { κέρειος. GALL. De cire, fait de cire, ou de couleur de cire. ITAL. Fatto di cera, ò de color di cera. GERM. Wachsin/ das von wachis gemacht ist. HISP. Cosa hecha de cera ò de color de cera. ANGL. Of waxe coloured lik waxe. } ut, Imago cerea. Cic. 3. de nat. deor. Ut enim si omnis cera commutabilis esset, nihil esset ceræum, quod commutari non posset. ¶ Sumitur quandoque pro molli, facili, & flexibili. Horat. de arte, *Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.*

ponitur aliquando pro flavo. Virg. 2. Eclog. *Addam cerea pruna, à ceræ videlicet colore.*

¶ Inde ficedulæ pingues ab Accio ceræ vocantur, translucente nimirum per cutem flava pinguedine. Quandoque pro uncto. Martialis, *Cerea si pendet lumbis, & trita lacerna.*

**Ceræus**, substantivum, Fax cerea. { κέρως, τὸ κέρϊον. GALL. Un cierge ou chandelle de cire, torche. ITAL. Cirio, torchio. GERM. Wachskerz. HISP. Cirio. ANGL. A torche of waxe, a waxe candle. } Est funale, vel candela ex cera confecta. Mart. epist. 42. lib. 14. *Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes.*

Fax cereusque præcedebant exequias immaturas, Senec. cap. 11. de Tranq. Ardentes cæreis succendere rogam. Suet. in Cas. cap. 84. Tu tibi puere laurus lucis cereum.

**Ceræolus**, diminutivum. { ANGL. A little waxe candle. } Hieronymus. Magnum honorem præbent hujusmodi homines beatissimis martyribus, quos putant hujusmodi cereolis illustrandos.

¶ Cerarium, officina cerarii. L. gr. b.

**Cerinaris**, qui cerina tingit. ¶

**Cerinus**, a, um, quod ceræ simile est. { κέρϊνος, κηροειδής. GALL. Ressemblant à cire, de couleur de cire. ITAL. Simile alla cera. GERM. Das dem wachis gleych ist. HISP. Cosa semejante à la cera. ANGL. Like or resembling waxe. } ut, Cerinus color. Plinius, Sunt & nigra, ac laudatiora cerina, atque purpurea. Cerini smaragdi, apud eundem lib. 37. cap. 5. Plaut. in Epid. Cumatile, aut plumatile, aut cerinum, subintellige vestimentum, quod & Melinum ab eodem dicitur à mellis colore, quod μέλι Græci appellant.

**Cerinum**, vestis cereo colore.

**Cerōsus**, a, um, quod ceram admixtam habet. { κηρόεις. ANGL. Full or mingled with waxe. } Unde mel cerosum dicitur nondum satis expurgatum. Plin. Liquore veluti mellis cerosi.

**Cerachætēs**, κηροχάτης, gemma est ex achata generibus, ceræ colorem præ se ferens. Plin. lib. 37. cap. 10.

**Ceracolis**, genus simiæ. Fest.

**Ceraites**, κηροίτης, à quibusdam appellatur herba, quæ Græcis κηροίτης, Latinis *Fennyracum* dicitur. Ceraitis dicta, quod fructum habeat corniculis similem.

**Ceramiceus**, κηρομεικής, Carix sinus est, non longè ab Halicarnasso nobilissima urbe. Author Pomp. lib. 1. in Carix descriptione, & Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Ceramici item duo fuerunt Athenis, de quibus Suidas scribit his verbis, Athenis Ceramici loci duo erant: unus in civitate, alter extra civitatem: in quo qui in bello erant, publico sumptu sepeliebantur, funebrique oratione ornabantur. Qui verò in urbe erat, locus erat, & certa constitutaque sedes meretricibus. Idem refert Hesychius. ¶ Fuit præterea Ceramicus, Atticæ regionis locus præaltus, eodem Suida auctore, in quo lampadum certamina peragebantur, de quibus vide Erasmus in proverbiis, Lampadem tibi curso trado. ¶ Ceramici meminit etiam Plinius, cujus ex trigesimo sexto verba hæc sunt, Opera Praxiteli sunt Athenis in Ceramico. Potest autem videri ex eo derivatum, quod κέραμος, tegulam significat.

**Ceramitēs**, gemma est testæ colorem habens, unde & nomen accepit: nam κέραμος, testam, vel tegulam sonat. Meminit hujus gemmæ Plin. lib. 37. cap. 10.

¶ Ceramium propriè est vas fictile, item testa, dolium. ¶

**Ceramus**, κέραμος. Oppidum Carix in conventu Alabandico: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

**Cerarium**, vide *Cera*.

**Ceras Amaltheias**, κέρας ἀμάλθειας, dicitur cornucopiæ, à cornu Amaltheæ Nymphæ, quo (ut fabulantur Poëtæ) Jovem caprino lacte nutrit. Vide infra *Cornucopia*.

**Cerasbola**, τὰ κηροσβόλα. Semina sunt, quæ tempore sementis bubula cornua si attigerint, ea veteres crediderunt neque igni consumi, neque facile coqui. Unde & ἀπέρμωρα nominat. Plutarch. in *Symposiacis*, quasi incoctilia. ¶ Hinc homines duri, & contumaces non invenulta metaphora κηροσβόλοι appellantur.

**Cerascomion**, Cnathite. Diosc. lib. 5. cap. 334.

**Cerasphoros**, κηροσφόρος, à nostris corniger dicitur.

**Cerasconia**, Pastinaca sylvestris. Diosc. lib. 4. cap. 57.

**Cerasta**, arbor quæ sit, require ex Theoph. lib. 8. cap. 18.

**Cerastes**, x, { κέραιος scaphiphôn. κέρασις. } Genus est serpentis, quod, teste Plin. lib. 8. cap. 23. quadrigemina cornua præfert, simillima atietum, unde & nomen habet. Nam κέρασις, αἶμα, Cornu dicitur. Lucil.

— *Spinâque vagi torquente cerasta.*

**Cerastæ**, insulæ sunt in latere Arabiæ prope Syenen, quæ in fine est Æthiopiæ. Author Plin. lib. 5. cap. 9.

**Cerastis**, κηρασίς, κηρασίος Stephano, dictus est Cyprus, quoniam homines cerastas cornibus insignes eam olim tenuisse quidam scribunt: alii quod procurrentibus promontoriis, velut infestis cornibus affurgat. Vulgò *Chifre*.

**CERASUS**, i. { κέραιος. GALL. Cerisier. ITAL. Ceragio, arbore. GERM. Ein Kirsenbaum. HISP. Cerefo, arbol conocido. ANGL. A cherie tree. } Arbor nota, à Cerasunte Ponti civitate sic dicta: quam quum Lucullus delevisset, inde illam Romam transtulit, & à civitate Cerasum appellavit. Sanè arbor Cerasus dicitur, fructus verò Cerasum. { τὸ κέραιον. GALL. Cerise. ITAL. Cerigia, frutto. GERM. Ein Kirse. HISP. Cerefa, fruto. ANGL. A cherie. } Ovid. de nucæ, *Audiat hæc cerasus, stipes inanis erit.*

Plin. lib. 15. cap. 25. Cerasorum Aproniana maximè rubent. Et paulò post, Inter Cerasa principatum obtinent Duracina. Gal. lib. 2. de aliment. κηρασία vocat. Cerasa Aquitanica dici possunt, quæ Galli vocant *des Guisnes*, quod à Aquitania, quæ illis *Guionne* appellatur, primum sint advecta. ¶ Dicitur & Cerasum pro arbore, Columel. Cerasa & tuberes, & armeniæ, & amygdalæ, quæ primæ florent, possunt inseri commodè. Sunt & alia genera Siciliana, rotunda, Juniana, Poracina, Campanica, Laureta, Amarasia, Visula, Germanica, Gallica, Mucedonica. Plura alia videri possunt apud Plin. lib. 13. cap. 25. lib. 15. cap. 1. lib. 16. cap. 19. Theophrast. lib. 3. cap. 24. Diosc. lib. 7. Æginetam lib. 6. Serapion. cap. 345. Gal. 7. simpl. c. 8. & alimentorum lib. 2. cap. 11.

**CERASUS**, suntis, κηρασίς, vulgò *Zefano*, urbs Ponti à Lucullo expugnata: unde cerasa primum in Italiam translata sunt. Hieronymus ad Marcel. Accepimus & canistrum cerasis refertum talibus, & tam virginali verecundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata existimarem: siquidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia subjugatis, de Cerasunte primus Romam pertulit: unde de patria arbor nomen accepit. Pomp. Raræ urbes, Cerasus & Trapezus maximè illustres.

**Cerathus**, fluvius Cretæ, Gnossum urbem præterlabens: à quo & Gnossum ipsa aliquando Cerathus vocata fuit, teste Strab. lib. 10.

**Cerætheus**, a, um. Virgilius in *Ceiri*, *Carpathium fugiens & flumina Ceræthea.*

**Cerætia**, x, genus herbæ, de qua Plin. lib. 26. cap. 8. Ceratia uno folio, radice nodosa & magna, in cibo coliacis & dysentericis medetur.

**Cerætiās**, Cometæ genus, δὲ τὸ κέραιον, hoc est à cornu, cujus speciem habet. Plin. lib. 2. cap. 25. Ceratias cornu speciem habet, qualis fuit quum Græcia depugnavit apud Salamina.

**Cerætiæ**, κηρατίαι apud Quintilianum, vocantur argumentationes quædam sophisticæ inexplicabiles, quæ à Latinis etiam argumenta cornuta vocantur: dicta à cornibus, hoc est, a materia ipsa qua uterentur verborum: cujusmodi est, Quod non perdidisti, habes: cornua ergo habes.

**Cerætitis**, Corniculatum papaver, apud Diosc. lib. 4. cap. 92. Ceratitidis, herba sylvestris. Plin. lib. 20. cap. 19. Sylvestrium unum genus, ceratitum vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice crassa & corticosa, calyculo inflexo, ut cornicula: folia minora & tenuiora quàm cæteris sylvestribus, &c.

**Cerætium**, κηροίτιον. Minimum pondus, quod apud nos *siliqua* dicitur, tres verò siliquæ conficiunt obolum. ¶ Ceratitium item Græcis appellatur arbor siliquas ferens corniculorum similitudine: unde & nomen habet. Latini siliquam Græcam appellant. { GERM. S. Johans brot. } Col. lib. de arb. cap. 25. Siliquam Græcam, quam quidam κηροίτιον vocant, deinde Persicum, ante brumam per autumnum ferito.

**Cerætonia**, κηρατόνια Galeno arbor est, quæ Latinis *Siliqua* dicitur, cujus fructus etiam Græco nomine τὰ κέραια, & κηροίτια appellatur, propterea quod corniculorum similitudinem referat.

**Ceratum**, vide *Cera*.

**Ceraunobolus**, κηραυνόβολος, dicta est Apellis tabula, in qua tonitrua, fulgetra, & fulgura pinxit: ita dicta quasi τὸ κηραυνὸν βάλλων, hoc est, fulmen torquens. Plin. lib. 35. cap. 10.

¶ **Ceraunium**, tuberis genus in fœtidum, & nigrum pulverem evanescent. Item gemmæ genus coloris ignis, quod non alibi inveniatur quàm in loco isto fulmine. Plin. ¶

**Ceræunīa**, x. Gemma est candida. Plin. lib. 37. cap. 9. Est inter candidas & quæ Ceraunia vocatur, fulgorem siderum rapiens, & regerens.

**Ceræunīa**, sive Ceraunii, κηραύνια. Montes sunt Epiri, in mare usque extensi, tibi Ionium mare ab Adriatico separatur: dicta δὲ τὸ κηραυνόν, hoc est, à fulminibus, quibus sæpe impetuntur. { GERM. Das gebirg so durch Epium gegen nidergang an das Adriatisch meer stoss heisset jetz Montes de Chimera. } Ovid. 2. de Ponto, eleg. 6. *Quum poteram recto transire Ceraunia velo, Ut sera vitarem saxa, monendus eram.*

Lucian. lib. 5. — *oraque malignos Ambracia portus, scopulosa Ceraunia nauta Summa timent.*

¶ Pro iisdem etiam *Acroceraunia*, vel *Acroceraunios* montes dicitur. Horat. lib. 1. Carm. Ode 3. *Qui vidit mare turgidum, & Infameis scopulos Acroceraunia.*

Plin. in *Proœm*. lib. 4. Tertius Europæ sinus Acrocerauniis incipit montibus. ¶ Sunt & Ceraunii montes in Asia, in Caspium pelagus obversi, ut est author Pompon. lib. 1. Quin & Taurus mons in universum Ceraunius appellatus fuit, teste Plin. lib. 5. cap. 27.

**Ceræunī**, populi sunt Dalmatiæ, apud Plin. lib. 3. cap. 12.

**Ceræunus**, κηραυνός, cognomen unius ex Ptolemæis Ægypti regibus, ab audacia & velocitate impositum. Author Pausanias. ¶ Est item Ceraunus Cappadociæ fluvius, ita dictus, quod fulminis velocitatem imitari videatur. Nam κηραυνός Græci fulmen appellant. Meminit hujus fluvii Plin. lib. 6. cap. 3.

**Cerbalus**, Apuliæ amnis. Plin. lib. 3. cap. 11.

**Cerbenia**, apud Steph. pro Cebrenia, malè scribitur.

**Cerberus**, κέρβερος. A poëtis fingitur esse canis triceps, inferorum custos: quem ab Hercule catena ab inferis tractum esse iidem fabulantur. Mythologici terram interpretantur: dictumque volent Cerberum,



Cerberum, quasi κερβερον, hoc est, carnem vorantem: quod terra proprium est, quæ sibi credita corpora omnia consumit. Alii serpentem fuisse volunt in Tanaro Laconia promontorio, cujus veneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tanaro ad inferos dicitur esse aditus, Ditis canem dixerunt: quem quum Hercules trucidasset, nata est fabula, Canem tricripitem interemisisse, quam hoc alii ad virtutem ejus, & animi magnitudinem malint referre, qua omnes cupiditates, & cuncta vitia terrena contempsit ac domuit. Cerberus etiam dicitur canis Alexandri Epirotæ, cum leonibus congregiens. Hinc Adject. Cerbereus. Statius. 5. Syl.

Nempe times ne cerbereos Priscilla tremiscat Latratu.

Cercaphus, κερκεφω, filius Poleadæ (Steph. in Camiro) à quo Rhodia mulieres Cercaphides. Meminit ejus etiam in Lindo.

Cercasi, Ægypti populi, juxta quos scinditur Nilus, in Pelusium fluens, & Canopum. Author Herodot. lib. 2.

Cercæis, κερκεϊς, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia: ita dicta à texendo; κερκεϊς enim radium textorium significat.

Cercetæ, populi sunt ad pontum Euxinum, Heniochis & Colchis finitimi, teste Plin. lib. 6. c. 5. & Strab. lib. 11. Pomp. lib. 1. Cerceticos vocat.

Cerceti, montes sunt Thessaliæ. Plin. lib. 4. cap. 8. In Thessalia sunt quatuor atque triginta montes, quorum nobilissimi Cerceti, Olympus, Pierus, Ossa, &c.

Cercidas, κερκεϊδης, optimus legislator Megalopolites fuit. Steph.

Cercina, insula est maris Libyci cum urbe ejusdem nominis, ex adverso minoris Syrtis sita: authores Pomp. & Plin. lib. 5. cap. 7.

Cerciniris, parva insula maris Libyci, quæ Cercinæ Carthaginem versus, ponte jungitur. Author Plin. lib. 5. in descript. insularum quæ sunt ex adverso Africa.

Cercitum, κερκεϊτω, Pausanias Grammaticus ait vocari temonis genus, à populis inventoribus, qui Certiæ appellabantur in terra Indica.

Cercilius, qui & Circius dicitur, ventus est violentissimus, Gallia Narbonensi peculiaris, reliquis cæli partibus ignotus. Vide Aul. Gell. lib. 2. cap. 22. Plin. lib. 2. cap. 47.

Cercolips (malè cercolopis, apud Festum) simia, quæ caudam non habet, à κερκεϊς & λειπω. Latinis est eluna, opponitur cercopitheco.

Cercopa, Græci appellant luci undique cupientem, quasi κερκεπων, quem nos quoque lucionem vocamus. Festus.

Cercopæis, κερκεπων. Populi fuerunt Pithecusæ insulæ, qui quum nullo flagiti genere abstinerent, à Iove in simias mutati sunt, ut fabulatur Ovid. 14. Metam. Cercopes item fratres duo fuerunt, Passalus, & Achemon, sive (ut apud Suidam legitur) Acmon, de quibus vide supra in dictione Achemon. Cercopum cætus, ἀρχη κερκεπων. De Conciliabulo conventuque versutorum & improborum hominum dicebatur.

Cercopithecus, nomen viri apud Suet. in Neron. cap. 30.

Cercopithæcus, κερκεπιθηκος. GALL. Un marmot, une espèce de singe ayant queue. ITAL. Gatto marone. GERM. Ein merkat. HISP. Gatto paus. ANGL. A monkey or marmoset. Nomen compositum ex κερκεϊς, quæ dicitur cauda, & πιθηκος, simia: quasi simia caudata, quam marmonem vulgò dicimus. Plin. lib. 8. Cercopitheci nigris capitibus, pilo asinino, & dissimiles cæteris voce sunt. Mart. lib. 13.

Callidus emissas eludere simius hastas, Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

Cereos (quod hic pro accipitris genere corruptè legebatur) vide Circus.

Cercūrus, κερκευρος, navis Asiatica prægrandis, authore Nonio, à Cypris inventa, teste Plin. lib. 7. cap. 56. Plautus in Stich. Cercurum, quo ego me majorem non vidisse censeo. Vide Gell. cap. 25. lib. 10.

Est item Cercurus, vilissimi oleris genus: unde natum est illud Græcorum proverb. κερκευρος οὐ λαγεινός, id est, Est & cercurus inter olera.

Cercyon, κερκευων, latro fuit insignis, quem Theseus totam Atticam regionem latrociniis infestantem, immani ferocia & membrorum robore curvantem trabes, & altissimas pinus ad terram trahentem, ut hoc modo homines discerneret, apud Eleusim Atticæ urbem interemit. Ovid. lib. 7.

Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleusis.

Fuit & Cercyon Thessaliæ rex, qui Alopen urbem, ab Alopes filia lux nomine appellavit.

Cercyra, κερκευρος, insula est maris Ionii, quæ à Latinis litera una immutata Corcyra dicitur. Vulgò Corphu.

Cerdanica, κερκεϊνικη, populi felicitis Arabiæ. Steph.

Cerdonia, oppidum est in via Appia, qua iter erat Brundisium. Strab. lib. 6.

Cerdo, nis, artifex sordidus, & qui arteis illiberales quæstus gratia exercet, quales sunt sutores veterum calceorum, qui à Suetonio Veteramentarii appellantur. Ab interprete Juvenalis satyr. 4. Turpis luci cupidi. κερκεϊς ομάν, κερκεϊς ομάν. βάρανος. GALL. Cordonier, sautoier, ou convoyeur, artisan. ITAL. Artifice vile, che solamente attende al guadagno. GERM. Der vnstätige handtwerker treybt vmb gewins willen. HISP. Oficial de algun arte de ganancia. ANGL. A cobler or botcher. Mart. lib. 3.

Ebrius es, nec enim faceres hoc sobrius unquam, Ut velles corio ludere cerdo tuo.

Cic. 1. de nat. deor. Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorici ferunt cujusdam fuisse cerdonis. Dicitur autem sunt Cerdones, à Græco κερκεϊς, quod Iucrum significat: unde & Luciones à Latinis appellantur. Cerdo etiam nomen fuit hæretici, à quo Cerdoniani, qui Christum nec natum à femina, neque habuisse carnem, nec verè mortuum, vel quicquam passum, sed simulasse passionem dicebant.

Cere, vide Caro.

Cerealis, quæ alio nomine Ebuva dicitur, Plinio commemoratur inter Hispaniæ Bæticæ oppida, lib. 3. cap. 1.

Ceræalis, vide Ceres.

Calopini Pars I.

CEREBRUM, inquit Plinius, est viscerum excellentissimum, proximumque cælo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus. κερκεβρα. GALL. Cerveau, ou cervelle. ITAL. Cervello. GERM. Das hin. HISP. Meollo de la cabeza. ANGL. The brayne. Hic habet sensus arcem, hic culmen altissimum, hic mentis est regimen. Cic. 1. Tuse. Aliis pars quædam cerebri visa est animi principatum tenere. Aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam partem esse animum: sed alii in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum. A cerebro proficiscitur somnus. Quæ cerebrum non habent, non dormiunt. Res est inquieta felicitas: movet cerebrum non uno genere. Senec. epist. 36. Plaut. Aul. sc. 3. a. 1. Cerebrum mihi excutiunt tua dicta.

Cerebellum, dimin. κερκεβραλιον. GALL. Petit cerveau. ITAL. Cervellino, picciol cervello. GERM. Das hirnle. HISP. Pequeño meollo de cabeza, o la muca del meollo. ANGL. A little brayne. Plin. lib. 9. cap. 5. Morbis à cane rabido, ne rabiosi fiant, cerebellum gallinaceo occurrit. Medici cerebelli nomine intelligunt posteriore cerebri partem, quam κερκεβραλιον Græci appellant, à reliquo cerebro duplicatis meningibus seclusam: illapsa in ossis sacri imum trajicitur, à qua duriores nervi, ut ex arboris caudice rami, profertur.

Cerebrösus, cui viriatum est cerebrum, quisque præceps fertur in iram, totusque suo consilio hæret, & obstinatus à nemine persuadetur, & iracundiæ obtemperans sine ratione fertur. κερκεβραλιον. GALL. Opiniastre, fort colere, obstiné, & rigoureux. ITAL. Cervel legiero, ostinato. GERM. Stattertopf, hirnwütig. HISP. Loco, como sin meollo. ANGL. Stubburne, obstinas, stiff necked. Horat. lib. 1. Serm.

donec cerebrosus profilit unius.

Dicitur & de brutis. Col. lib. 2. Quod eo tempore satum pecori sit noxium, & præcipuè bobus, quos pabulo suo cerebrofos reddit.

Ceremoniæ, sive cerimonie, vide Caremonia.

CEREO, antiquum verbum, & idem quod Cere: unde Ceres dicta, non ut Cicero & Varro volunt, à gerendo. Meminit hujus Varro lib. 5. de L. 1. Itemque Festus, qui dicit ab hoc verbo in Saliari carmine fuisse, Ceres manus, i. creator bonus. Vide Laurenbergium.

CERES, Dea frugum putabatur, ab antiquo verbo Cereio dicta. GERM. Die göttin des getreids. Saturni & Opis filia, quæ peculiari epitheto Alma dicitur, quia nos alit, ut Cic. lib. 4. de nat. deor. scribit: dicta est, tanquam gerēs, à gerendis frugibus, prima litera immutata: à Græcis δημητριάς, quasi δημητριάς, dicitur, hoc est, terræ mater, quod cunctatum frugum creatrix sit, & alitrix.

Non illic colit arva Deus Bacchusve, Ceresve,

Tib. lib. 4. Cereris spectaculum, Suet. in Ner. cap. 12. Græci Cererem etiam Thesmophoron vocant, hoc est, legum laticem: quia antequam illa agriculturæ usum docuisset, homines nulla lege vivebant: postea Cereris beneficio, monstrato usu frugum, captum est de agrorum finibus, qui antea nulli erant usui, disceptari: quam primam volunt fuisse legum & juris originem. Hæc quandoque Luna dicitur, sicut Liber pro Sole ponitur. Virg. lib. 1. Georg.

Vos o clarissima mundi

Lumina, labentem cælo qua ducitis annum, Liber & alma Ceres.

Ponitur interdum Ceres pro ipso pane, sicut Liber pro vino. Terent. in Eunuch. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Cereri sacrificant. Dicitur solitum, si quando in convivio decisset vinum, propterea quod in hujus sacris nefas esset inferre vinum. Plaut. in Aul. Pro eodem dicitur, Cererij nuptias facere. Idem Aul. sc. 3. a. 2. Cererij Strobile has facturi nuptias? STR. Qui? STA. quia temeti nihil allatum intelligo. Idem Amph. sc. 4. a. 4. Nec Bacchum salutem, nec Cererem.

CERÉALIS, e, quod ad Cererem pertinet. δημητριακος. Cereales autem ædiles duo dicti fuerunt, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant: quorum creandorum author fuit C. Julius Cæsar. Cereales ludi in honorem Cereris facti. Liv. 10. bell. Pun. Cæna Cerealis. Plaut. Menach. Cereales cænas dat, ita mensas exstruit, &c. id est, lautas, opipatas, ut in Cereris sacris. Virg. in Georg.

In primis venerare Deos, &c.

Cereale papaver. Virg. 1. Georg.

Necnon & lini segetem, & Cereale papaver.

Ubi Servius, Cereale papaver, vel quod est esui, sicut frumentum: vel quo Ceres usa est ad oblivionem doloris. Cereales pænas dat. Plaut. Men. sc. 1. a. 1.

Herbæ quoque latuit Cerealibus obruta sulcis,

Ovid. Eleg. 12. lib. 3. Trist. Arma Cerealia. Virg. lib. 1. Cerealis aura, i. alitrix, quæ alit & educat fructus: quod Ceres educatrix hominum habita sit. Plin. lib. 15. cap. 19. Intus solem primò secum inducunt, Cerealesque auras immittunt foribus apertis.

CERÉALIA, orum, δημητριακα, dicuntur sacra Cereris, à Triptolemo instituta, quæ Plin. etiam lib. 24. Thesmophoria vocat, à Cerere Thesmophora, hoc est, legum laticem. Plurarch. quoque Adonia vocat. Patricij Megarensibus mutare soliti, plebs Cerealibus. Hæc autem festa tanta religione celebrabantur, ut feriæ pollutæ crederentur, si quis eo tempore cum uxore concubuisset. Unde extat elegans elegia apud Ovid. qua cum Cerere expostulat, quod ejus festo sibi cum amica concumbere non licet. Præterea in sacrificiis Cereris vinum non adhibebatur. Unde Plaut. in Aul. iocandi ansam sumpsit. Megadorum Cererij nuptias esse facturum, quod nihil ad nuptias vini esset allatum.

Ceretum, & Ceretani: vide Caretum.

CERÏA, potionis genus ex frugibus confectum, quo utuntur Hispani. Plin. lib. 12. cap. 15. Vide supra Cella.

Ceriada, κερκεϊαδω, Vicus in Hopothoontide. Steph.

CERÏNTHË, es, vel Cerintha, κερκεϊνθη. Genus herbæ est, mellis cum cera misti saporem habens. Virg. 4. Georg.

Cerintha ignobile gramen.

Habet folium candidum, incurvum, capite contavo, cujus florum apes sunt avidissimæ. Dicitur & Cerinthus, κερκεϊνθος, & à Dioseo-







id quod stultissimum est, certare cum usatis, fructibus prædiorum locupletioribus, his & melioribus civibus uterentur. Hotomannus.

¶ Hinc componuntur Decerto & Concerto. Certamen, Conflictus, concertatio, contentio, prælium. { מריבה, מריבה mat s'ib. אגון, אגון, אמונים. GALL. Debat, combat, contestation. ITAL. Battaglia, abbattimento, contratto. GERM. Streyt / Kampf. HISP. Pelea, contencion, y porfia. ANGL. Debate, fight, striffe. } Ovid. 10. Metam.

Mors pretium tardis: ea lex certaminis esto. Ipse tulit pretium jam nunc certaminis hujus. Qui cum victus erit, mecum certasse feretur. Ovid. 13. Metam.

Non foret ambiguus tanti certaminis hæres: (i. armorum de quibus certatur,) ibid. Ergo operum quoniam nudum certamen habetur. Idem ibid.

Aspera militia juvenis certamina fugi. Idem Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Laudis & assiduo vigeat certamine miles. Tibul. lib. 4. Certamen ludicrum Olympiorum, mox ludi, & sacrum, & mercatus. Velleius. In sacro certamine sortitio fiebat inter Athletas. Gell. cap. 9. lib. 5. Interdum res ipsa de qua certatur, scilicet uter columbam sagitta feriat, uter prior decurrat ad metas. Virg. 2. Georg.

¶ Græca certamina celebratissima hæc fuerunt, Olympia, Pythia, Isthmia, & Nemæa, in quibus Græci magnos honores constituerunt victoribus athletis. Nam Olympia, juxta Olympiam Elidis civitatem quinto quoque anno in honorem Olympii Jovis celebrabantur, & qui vicisset, corona ex oleastro, qui Philostephanus dicitur, donabatur: institutaque sunt anno mundi quadringentesimo supra quatuor millia: in eoque certamine Hercules primus coronatus est. ¶ Pythia, Apollini sacra erant, in memoriam Pythionis serpentis ab Apolline occisi instituta. Unde & nomen tenuerunt. Ex hoc certamine victor coronam lauream cum malis reportabat. Nam quod Ovidius Pythiorum victori æsculeam coronam videtur tribuere lib. 1. Metam. quum ait,

Nève operis famam posses delere vetustas, Instituit sacros celeri certamine ludos, Pythia perdomita serpentis nomine dictos. Hic juvenum quicumque manu, pedibusve, rotave.

Vicerat, æsculea capiebat frondis honorem: id non ex animi sententia affirmat, sed ut commodiorem faceret transitum ad fabulâ Daphnes. Subdit enim, Nondum laurus erat. ¶ Isthmia ab Isthmo Peloponnesi, ubi celebrabantur in honorem Palæmonis, quem Latini Portunum dicunt, in quibus qui vicisset, coronam ex pinu reportabat. ¶ Nemæa, à Nemea sylvâ in memoriam Archemori Lycurgi filii fiebat, quorum victores apio coronati abibant. De hisce quatuor sacris Græciæ certaminibus extat etiam nobile Archiæ poetæ Græcum epigramma.

Τίος ἄριστος εἶσσι ἀγῶνες, εὐδὲ δ' ἄδα, τίος ἄριστος ἰγείσι. Οἱ δὲ οὐ μὲρ θνητῶν, οἱ δὲ οὐ δ' ἀθανάτων. Ζῆλος, ἀγῶνιστος, παλαιμῶν, ἀρχαίμυροι. Ἄλλα δ' ἴ, κῆρ, μῆλα, σελίνα, πίτος.

Id est, Quatuor Argivis certamina sacra feruntur: Bina hominum natis, binaque cælitibus: Phæbo, ipsique Iovi, Archemoro & parvo Melicerta, Poma, oleastra, apium, præmia pinus erant.

Hæc certamina etiam Ludi plurali numero dicuntur, & spectacula. ¶ Certamen significat etiam privatam contentionem. Salust. Diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. ¶ Certamen, prælium. Cic. 4. de finib. Sed ut magnum, & difficile certamen iniens, quum sibi cum capitali adversario dolore depugnandum videret, excitaret omnes rationes fortitudinis & patientiæ. Plancus Ciceroni, Aut ipse à certamine belli tam necessarij me removissem. Certamen non accipit excusationes, ἀγῶν ἐ δὲ γὰρ σκέψῃ. Plat. lib. de leg. ἀπὸ γὰρ ἀγῶνι σφεδράσῃς ἐ πᾶν δὲ γὰρ φασί: id est, Verum aiunt certamen non admittere causationes. Locus erit proverbio, quum quis in magno præsentaneoque periculo velit tergiversari, & occasionem expectare.

Certator. Gell. cap. 10. lib. 12. Iadomiti certatores (i. disputatores.) Certatio, nis. Contentio, certamen. { מריבה meribab, מריב madhôn. φιλονικία. GALL. Debat, combat. ITAL. Contesa. GERM. Das streyten oder kempfen. HISP. Contencion y porfia. ANGL. Debate, striving. } Cic. 3. de nat. deor. Sed nequaquam istuc ibit: magna est certatio. Idem 2. de Leg. Ludis publicis (quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat) popularem lætitiâ in cantu, & fidibus, & tibis moderantur.

Certatim, adverb. Cum certamine, contentione, & æmulatione. { φιλόμυτος. GALL. A l'envie l'un de l'autre, à qui mieux mieux. ITAL. Agara, à chi fa più presto. GERM. Mit streyt, in kampf weyß. HISP. Contenciosa, y porfiadamente. ANGL. Bistriiving and contencion to do best. } Virg. lib. 8. Tunc læti juvenes certatim, araque sacerdos viscera costa ferunt taurorum.

Suet. in Aug. Senatus & in funere ornando & in memoria honoranda eo studio certatim progressus est. ¶ Item pro festinanter. Certatus, a, um, adject. ἀγωνιστής. Tacit. lib. 11. Et huic contra itum ad amnem Etindem, in cujus transgressu multum certato, pervicit Bardanes. Certato, id est, quum certasset. Passivum pro Activo. Certatûs, us, ui, nomen, idem quod certamen. Stat. lib. 3. Sylv.

— ridetque benigna Partbenope gentile sacrum, nudosque virorum Certatus, & parva sua simulachra corona.

CERTUS, a, um, Clarus, & indubitatus, à Cerno pro Video, quia ea quæ cernimus, clara & indubitata sunt. { צריר jadhûab, צריר neeman. ארץ, ארץ. GALL. Certain, assuré. ITAL. Certo, chiaro. GERM. Calepini Pars I,

CERTUS, a, um, Clarus, & indubitatus, à Cerno pro Video, quia ea quæ cernimus, clara & indubitata sunt. { צריר jadhûab, צריר neeman. ארץ, ארץ. GALL. Certain, assuré. ITAL. Certo, chiaro. GERM. Calepini Pars I, Gewis, klar. HISP. Certo, no dudoso, claro. ANGL. Certain, sure. } Plaut. Mercat. Quid illud sit negotii, lubet scire me, ex hoc ut sim certus metu. Gellius, Certi sumus non ignorare te quid una appellatur. Certa amittimus, dum incerta petimus. Idem Plaut. Pseud. sc. 3. a. 2. In te certum est id experiri. Idem Mostell. sc. 3. a. 1. Quæro qui istuc certum faciat mihi. Idem Men. sc. 1. a. 2. & sc. 2. a. 5. Certa res est hanc objurgare. Idem Amphitr. Nequeo cum animo certum investigare. Idem Aul. sc. 6. a. 4. Istuc certum erat (i. facere volebam.) Idem Capt. sc. 1. a. 2. Item, Certum est mihi (irascens.) Idem Pseud. sc. 7. & 8. a. 4. Fac me certum quid sit. Ibidem sc. 1. a. 1. Si ex te fieri possem certior. Ibidem. ¶ Interdum certus dicitur constitutus, hoc est, tantus & talis, quantum ac qualem volumus. Unde Certum vulnus fecisse aliquem dicimus, quum nec plus, nec minus fecit, quam voluit. Mart.

O quam certa fuit librato dextera ferro. Interdum discretus, ἀφορατῆρ. Hinc certos ferè plurali numero dicimus, pro eo quod est, Quosdam quasi ceteris discretos. Cic. Is enim cum certis aliis ad Cæsarem missus, paulò antè discesserat. Salust. Apud latera certos locavit. Certo patre nati, & certi liberi, pro legitimis. Cic. pro Sexto Roscio Amerino, Si tibi fortuna non dedit ut nascerere certo patre. Et 1. de Invent. Nondum divinæ religionis, non humani officii ratio colebatur, nemo legitimas viderat nuptias, non certos quisquam inspexerat liberos. Sic Progenies certa, pro legitima, apud Senec. in Troad.

— Certissima proles Virg. 7. Æneid. Homines certi, id est, fidissimi nuntii. Cic. ad Lentulum lib. 17. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, non prætermittam. Idem 4. Verr. Confirmat & se homines certos ejus rei causa in Siciliam & terra & mari missurum. Certus cum præpositione In, vel Erga, interdum idem est quod prosper, & de quo melius confidas. Valer. lib. 1. Argonaut.

Ille tibi cultusque deum, delubraque genti Instituet, quum jam genitor lucebis ab omni Parte poli: neque enim in Tyrias Cynosura carinas Certior, aut Graiis Elice servanda magistris.

¶ Item certus, firmus, non vacillans, βίβαιος. Ovid. Da mihi quod petitur certo contingere telo. ¶ Et certum dicimus deliberatum, in quo plerunque adjungitur dativus cum infinitivo: ut, Certum est mihi in Asiam navigare, δὲ δὲ κεν ἄρῃ. Plaut. Capt. sc. 1. a. 3. Certum est meum jus persequi. Vitr. in Gallo.

Certum est in sylvis inter spelæa ferarum Malle pati.

Terent. Si ita certum est tibi, εἰ ἔτι δὲ δὲ κεν. ¶ Certo certius, proverbialit tropo dicimus, quod prorsus indubitatum haberi volumus: Ulp. Pandect. lib. 26. tit. 2. de testam. tut. l. 17. Testamento datos tutores non esse cogendos satisfacere rem salvam fore, certo certius est. Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Nec quid velit mihi, certius facit. Idem Capt. sc. 5. a. 3. Certumne est tibi istuc? HE. Non moriri certius est. Idem Men. sc. 8. a. 5. Cui certissimum est me, &c. Certus cum genitivo, ut apud Virg. 4. Æneid. Certus eundi, hoc est, haud dubie profecturus. Sic Tac. lib. 20. Desciscendi certus. Et lib. 12. Nam ubi sui matrimonii certa fuit, struere majora, &c. Certus cum Infinitivo. Stat. 3. Theb.

ibo libens, certusque mori. Val. Flac. lib. 2.

Acivus hoc instate viri, succurrere certi. Certifico. { GALL. Donner assurance. ANGL. To make certain or sure. } Pro hoc verbo ceu reprobato plerique ponunt, certum, aut certiotem facere, seu reddere: licet etiam certiotem facere dicimus, qui alioquin nihil certi à nobis habuerit: atque sic obtrinit frequentior usus scribendi: tamen aliter à Cicerone positum lib. 9. epist. fam. Insulanus observavit.

Certior, & Certius, comparativa, pro compertiore, exploratiore & peritior. { ANGL. More certain, more sure. } Senec. in Hip. loquens de Cupidine.

Ipsūmque Phæbum, tela qui nervo regit, Figit sagitta certior missa puer.

Facere certiotem, ἀλοῦν παρῆς, est notum facere, indicare, & dicere ita esse. Cic. 6. Verr. Ad sunt Segestani clientes tui, socii populi Romani atque amici: certiotem te faciunt, P. Africanum Charthagine deleta, &c. Plaut. in Cas. Face me certiotem quid meus vit me velit. Terent. in Phorm. Quantum potes me certiotem face.

Certioro, as: Certiotem facio, certiotem reddo. { מריבה hodhiab. אלו, אלו. GALL. Certifier, faire sçavoir, advertir. ITAL. Certificare. GERM. Zuwissen thun. HISP. certificar y avisar. ANGL. To mak certain, or sure, to advertise. } Quod verbum non temerè alibi reperias, quam apud Jurisconsultos. Ulpian. de eo qui pro tut. l. 1. Sed necessarios pupilli non certioravit. Idem l. 1. ff. de act. empt. & vend. Hæc ita vera sunt, si emptor ignoraverit servitutes: quia non videtur esse celatus qui scit, nec certiorari debuit qui non ignoravit.

Certissimo, as: Certus fio, Pacuvius apud Nonium, Æquè eccos unde certissent.

Certitudo, à certus. { מריבה amanah, מריב emîn. אפולו, אפולו. GALL. Certitude, assurance, seureté. ITAL. Certezza. GERM. Gewisse eins dings sicherheit. HISP. Certidumbre. ANGL. Certantid, surnesse. } Unde Incertitudo, nota significationis.

Certè, adverbium affirmantis. { מריבה omnâm. אמר, אמר. GALL. Certainement, assurément, sans doute. ITAL. Certo, certamente, sicuramente. GERM. Warlich, ia/ fürwar/ eigentlich. HISP. Cierta- mente, afirmando. ANGL. True, surly, verely. } Ovid. 13. Metam. Et meus hic (ensis) certè est. Certè, ædepol, equidem te sine malitia sum arbitratus. Plaut. sc. 3. a. 1. Aliquando assentientis est, id est Pseud. sc. 1. a. 1. Bustripe. B. Certè. Et Men. c. 1. a. 2. Egomet vidi. Certè? Certè, inquam. Item pro quidem. Certè deformata habebam, i. deformata quidem. Atqui certè, vide Atqui. Cic. de finib. 3. Satiè hoc conclusum videtur? certè. Interdum idem quod certo, σφῶς, hoc



hoc est, clarè, & manifestè. Cic. ad Quint. Frat. Certè enim scio, te fecisse cum causa. Idem Attico, Quod te molestè ferre, certè scio. Interdum idem est quod saltem. Idem pro Marcello, Victi sumus igitur: aut si vinci dignitas non potest, certè fracti, & abjecti. Ovid. 13. Metam.

Viveret, aut certè lethum sine crimine haberet.

Certò, Clarè, liquidò. { כִּרְמוֹנָה beemunáh. σαφῶς. GALL. Clairement, sans doute. ITAL. Chiaramente. GERM. Gewislich/ on alles fâden. HISP. Claramente. ANGL. Manifestlie, clearlie. } Ter. Eunuch. Hoc certò scio, Rhamnium se esse aiebat. Cic. in Epist. Et si certò scio, &c. Certò, vocem loquentis audire visus sum. Plaut. Aul. sc. 6. a. 4. Certò xepol scio. Idem Merc. sc. 3. a. 2. Mihi certò nomen est Sofia. Idem Amph. sc. 1. a. 1. Certò hæc mulier infana. Idem Men. sc. 4. a. 2. Sat certò scio suem occisam plus sapere. Idem Merc. sc. 6. a. 2.

Cervã, Cervarium, vide Cervus.

Cervaria, locus est in Gallia & Hispania confinio, non procul à templo Veneris. Pomp. lib. 12.

Cerũchũs, cornua habens. { קֶרְנִים makrin, κερῶν. GALL. Cornu. ITAL. Cornuto. GERM. Gehörn. HISP. Cervi, cosa que tiene cuernos. ANGL. Horned. } Latine dicitur Cornutus, quasi κέρατα ἔχων. In navibus autem Ceruchi dicuntur rudentes antennarum cornua firmantes, suãque habentes in puppe ansas, ad quas religantur. Flaccus 1. Argon.

Temperet ut tremulos Zethes, fraterque ceruchos.

Hefychius Ceruchos vocat, quasi κέρατα κερῶν ἔχοντες.

Cervicãl, vide Cervix.

Cervida, lignum super quod ducitur taratantara. Gloss. Isid. ||

CERVÌ, animalia satis nota: ita dicta, quòd magna cornua gerant, quasi gervi, g, in c, mutata. { קֶרְנִים aijal, ελαφοί. } Vel δὲ κερῶν, hoc est, à cornibus quæ primùm bimis oriuntur, simplicia quidem & recta, ad subularum similitudinem: quamobrem subulones per id tempus appellantur. { GALL. Cerfs. ITAL. Cervi. GERM. Hirsch/ oder Hirgen. HISP. Ciervos, animales conocidos. ANGL. Harts or stagges. } Plin. lib. 8. cap. 32. Cervis quoque est sua malignitas, quamquam placidissimis animalium. Virg. in Æneid.

— surgentem in cornua cervum.

Ovid. in Metam. exposuit,

Celsum in cornua cervum.

Cervi item dicuntur stipites furcillati, seu furcæ, quæ ad casæ sustentationem figuntur ad similitudinem cornuum. Virg. 2. Eclog.

Atque humiles habitare casæ, & figere cervos.

Item ferreæ furcæ tricripites, aut quadricripites eminentes in munitionibus: cerastæ, magnis cornibus præditi: palmati, quibus cornua alta instar palmæ: patula habentes cornua. Cerda. ||

In vallo castrensi per spatia ponebantur cervi ( sic dicti à similitudine cornuum cervi, ut tradit Varro 4. de L. L. ) à quo interstitium illud inter cervos dictam intervallum, ut constat ex commentariis Cæsaris. Silius Italicus lib. 10.

Cervorum ambustis imitantes cornua ramis.

Brachia vocat Lucanus,

— condâque extraxit brachia terra.

Rurfus:

Aut circum largos curvari brachia fontes.

Cervus canes trahit, τὸς κύνων ὁ ἔλαφος ἔλκε: Adagium est inter ea, quibus ἀδύνατον, seu præposterum quippiam significamus. Præposterum est enim ut cervus venetur canes. Tibul. lib. 4.

Qualiter adversos hosti defigere cervos.

Cervos objicere ad viam intercludendam. Liv. lib. 4. d. 5. Cervi stipites furcillati. Cæsar.

Cervã, x, fœmininum. { ANGL. A hynde. } Plin. lib. 5. cap. 8. Simplicius cervæ monitravere elaphobotcon. De qua diximus.

Cervãriũs, a, um, adjectivum à cervo deductum, ἐλάφειον. Unde Lupus cervãrius. { GALL. Loup cervier. ITAL. Lupo cerviero. GERM. Ein luchs. HISP. Lobo ò gato cervial. ANGL. wild beast lika wolfferoish the spotted of e pather. } ( Sũs Aristoteli, si Theodoro credimus ) dicta est fera lupi effigiem habens, & Pantheræ maculas, nomine ( ut opinor ) à cervina pernicitate imposito. Plin. lib. 8. cap. 22. de lupis. Sunt in eo genere qui cervãrii vocantur, qualem è Gallia in Pompeii magni arena spectatum diximus. Cervarium venenum. Plin. lib. 27. cap. 11. Lincum herba appellatur à Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum cervarium vocant.

Cervĩnũs, quod ad cervum pertinet. { ἐλάφειον. } GALL. De cerf. ITAL. Di cervo. GERM. Das zu dem hirgen gehört. HISP. Cosa perteneciente al ciervo. ANGL. Belonging to a stagge or an hart. } ut, Cervinum cornu. Varro 3. de re rust. Circum caveas eorum incendendum cornu cervinum, ne qua serpens accedat. Cervinus color, qualis est pellis cervi, vel castaneæ. Pallad. lib. 4. cap. 13. Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, rufseus, murteus, cervinus, gilvus, &c. Pellis cervina. Horat. 1. Epist.

— venaticus ex quo

Tempore cervinam pellem latravit in aula,

Militat in sylvis catulus.

Cervina senectus. Juven. satyr. 14. Cervinus vir, ἐλάφειον ἀνῆρ, olim dicebatur formidolosus, & fugæ fidens magis, quam viribus. Cervus enim animal cursu perniciosissimum, & in venatu pedibus quarit salutem.

Cervisia, { ζῆθος. GALL. Cervoise. ITAL. Cervogia. GERM. Bier. HISP. Cerveza. ANGL. Ale. } Potus ex aqua & frugibus confectus, & præcipuè ex hordeo madefacto, & rursus elibanis siccato, addito lupi salictarii flore: quo potus genere etiam hodie pleraque Gallia & Germania loca, Britanniaque universa, vini inopiam supplent. Plin. lib. 22. cap. 25. Ex iisdem fiunt & potus, zythus in Ægypto, cælia, & ceia in Hispania, cervisia & plura alia genera in Gallia.

CERVIX, posterior colli pars, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad spinam. { ἡ γῆ ἡρόρη. ἰπῶνις. ὠχλῶ. } GALL. Chignon du col, le col. ITAL. Coppa. GERM. Der nack/ das genick. HISP. Cerviz del cuello. ANGL. The neck. } Quæ autem anterior est, Gula dicitur. Cervicis hæc commoditas est, ut ad dextram, sinistramque prorsum, retror-

sumque vertatur. Constat enim ex ossibus orbiculatim vertebratis, ex quibus fit ad circumspæctum facilis. Hinc est, quod qui nec flecti, nec cogi possunt, cervicis duræ perhibeantur. Unde dicimus hominem duræ cervicis, quasi indomabilem, sive inexorablem, atque contumacem: qui & Cervicosus dicitur, ἀκράγιον. Antiqui verò ( ut Quintilianus ait ) Cervices pluraliter dicebant, primûsque Hortens. Cervicem dixit. Cic. in Vat. Inflato collo, tumidis cervicibus intulisti. Cato, Si caput, aut cervicis dolent, ea lotio caldo lavito. Velleius, Cervicem extentam præbere ( cædi. ) Ovid. Eleg. 2. lib. 4. Trist.

Vinelaque captiva reges cervice ferentes.

Et Eleg. 3. lib. 1. Trist.

Cervicis rigida frena remittit equo.

Cervice composita ad ictum. Senec. cap. 26. de consol. ad Marc. Cervicem præbere alicui. Idem cap. 15. de Tranquill. Cervicem dare non seigniter ad ictum. Vell. Utinam cervicem haberent, Suet. in Calig. cap. 30. In cervicem regum accipere. Liv. lib. 4. ab urb. Cervix etiam de jugulo dicitur. Celsus lib. 7. cap. 13. At in Cervice inter cutem, & asperam arteriam tumor increfcit, βρογχικὸν κήλην Græci vocant. Cervix pro superbia, auctore Arnobio, & Sidonio.

Cervicũla, diminutivum. { τὸ ἀρχαῖον, ὁ μικρὸν ὠχλῶ. } ANGL. A little neck. } Cic. 5. Verr. Taménne putamus patronum tuum in hoc crimine cerviculam jactaturum, & populo se ad coronam daturum? Quint. Cervicula contracta.

Cervicãlè, & per apocopen Cervical, Significat cervicis sustentamentum, & munimentum, cui scilicet dormientis caput, & cervix inniuntur. Suet. in Neron. cap. 6. { ΠΥΡΩΝΑΒΟΝ meraaschoth. αἰθροικὸν φάλαγον. } GALL. Chevet ou traversain, coussin de lièt, ou oreiller. ITAL. Guanciale. GERM. Einhauptkussin. HISP. El almohada ò cabecal para la cabeza. ANGL. A bolster, of a bead. } Juven.

Conducit comites, sellam, cervical, amicas.

Mat. Epigr. 146. lib. 14.

Tinge caput nardi folio, cervical olebit.

Plin. lib. 20. cap. 20. Sunt qui ante Solis ortum cervicalibus subijci efficaciter putent. Vestis nomine cervicalia continentur, apud Ulp. l. 25. §. 5. ff. de auro & arg. leg. Quod si ad muliebrem mundum ea pertinent, significari putat hoc nomine Hotomanus quæ Græci ἀελαρχία nominant, quæ Jul. Pollux in mundo muliebri recenset: sin ad ornatum virilem, fortassis ea quæ frigoris vitandi causa cervicis circumdantur. Cervicalia de furto consuere dicebatur à nonnullis adagii loco de latronibus.

Cerula, vide Cera.

Ceres veteri lingua sanctus: à quo cerimonia, ut à sanctus sanctimonia. ||

CERVSSA, Plumbo in acuto aceto soluto comparatur. { ΠΥΡ puch. Λυμύθιον. } GALL. De la ceruse, fard. ITAL. Biancca, oliscio. GERM. Bleiweiß. HISP. El alvayalde. ANGL. White lead or cerusse painting that women use. } Vitruv. docet quomodo fiat, dicens: Rhodii in doliis sarmenta collocantes, aceto suffuso, supra sarmenta collocant plumbeas massas, deinde ea operculis obturant ne spiramentum obturata eant: post certum tempus aperientes, inveniunt è massis plumbeis cerussam. Eadem ratione lamellas æreas collocantes, efficiunt æruginem. Cerussa verò quum in fornace coquitur, mutato colore, ad ignis incendium efficitur Sandaracha. Id autem incendio factum ex casu didicerunt homines, ex ea multò meliorem usum præstari, quàm quæ de metallis per se nata foditur. Utcunque igitur ita cerussa comparatur, neque acutum, neque lancinans quicquam habet, neque distrahens, sed emplasticum ac refrigerans. Uta autem, inquit Aërius, pura cerussa mutatur in id quod Syricum nuncupatur: medici Sandycæ vocant. Vide Galen. lib. 9. simpl. & Plin. lib. 34. cap. 8. Cedo cerussam, quid cerussa opus est? Atramento ebur candescere postulas. Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1. bis.

CERVUSCIVS, a, um, { ΚΑΡΟΝ chachal. Λυμυθῶνις. } GALL. Fardé. ANGL. Coloured, paynted. } ut, Cerussata mulieres, quæ candoris comparandi gratia cerussa utuntur. Mart. lib. 12.

Cerussata timet Sabella solem.

Cerussata cutis, Cerussata buccæ. Idem lib. 7. Cic. in Pisonem.

CERYX, κέρυξ, Latine præco & gaduceator. { GALL. Ambassadeur de paix: Vn crieur public qui publie l'ordonnance du Prince, ou du magistrat. ANGL. A beadle, succhas crieth congregations in the universities. } Unde Eusebius scribit à Nerone Cerycas fuisse certamine superatos. Sen. ad Serenum, cap. 3. de tranq. Non vis Consul, aut Ceryx, aut Suffes administrare Rempublicam, hoc est, magistratus ad rem gerendam.

Cescos, κέσκος, Pamphilia, seu, ut Suidæ videtur, Ciliciae urbs, cujus cives ob vecordiam stultitiãque vulgò malè audiebant. Juxta Cescum urbem fluvius erat, cui nomen αἰνός, id est, amens. Unde tractum proverbium, Cescon habitas, κέσκον οἰκῶς: in stupidum & bardum dicebatur. Quadrabit & in cœtum, aut conciliabulum hominum stultorum.

Cezena, oppidum est Piceni, non procul à Cliterna, etiam hodie nomen retinens. Plin. lib. 3. cap. 15.

Cesperia, sive Casperia, urbs fuit Sabinorum, ex qua Turnum auxilium habuisse contra Æneam, Maro auctor est lib. 7.

Cesperiamque colunt.

Meliùs per a, in prima syllaba.

Cespēs, vide Caspes.

Cestero, Narbonensis Gallia oppidum, in tractu Meminorum, non procul à Carpentoraete. Plin. lib. 3. cap. 4. Vulgò Cisteron.

Cessio, nis. { ANGL. Ayelding or eving over. } Cic. Topic. Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio nexus, aut in jure cessio, inter quos ea jure civili fieri possunt.

Cessim ire, { ἀναχωρεῖν. } GALL. Reculer, tomber en arriere, faire retraite. ANGL. To recule, te retire. } Significat retrocedere. Just. lib. 2. Commisso prælio ite cessim, inhibete remos, & à bello discedite: & apud Jurisc. tit. ad leg. Aquil. Interim superius plaustrum cessum ire cœpit. Fit autem à Cedo.



Cessare, as, ablineo, ab opere vaco. { חָדַח chadhál, שָׁחַח schacháth, שָׁחַח bshál, שָׁחַח scháh. πύουρη. GALL. Cesser, estre tardif. ITAL. Cessare, indulgiare, astenere. GERM. Aufhören/ablassen. HISP. Cessar, tardarse à abstenerse. ANGL. To cease, to loiter, to linger. } Virg. 7. Eclog.

Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra: id est (inquit Servius) si potes breve otium tibi persuadere. Dici-mus autem Cessare in re aliqua, & Cessare à re. Cic. Neque unquam in suo studio atque opere cessavit. Liv. Cessare in officio. Idem lib. 5. d. 5. Nec ex quo castris castra collata sunt, cessatum à levibus præ-liis est. Suet. in Tib. cap. 61. Nullus dies cessavit à pœna. Liv. lib. 5. d. 5. Et sine præpositione, cessantem honore, i. magistratum, defuncto eo, qui gerebat. Suet. in Cas. cap. 76. Item cessare, ἰκύνει, ἀδύνατον, tardare, remorari, diutius immorari in re aliqua facienda, & eam negligentius agere. Virg. Æneid.

Cessas in vota, precésque? id est, tardus es in votis faciendis. Terent. in Eanuch. Paululum si cessassem Pythia, domi non offendissem, ita jam adornabat fu-gam. Cessantibus copiis (i. morantibus.) Suet. in Cas. cap. 58.

Cur tua cessavit pietas scribentibus illis? Ovid. Eleg. 7. lib. 4. Trist. Dum tamen hac fiant vidua cessato puella: (i. permanete viduæ tantisper.) Idem 2. Fast. Quid cessas dare potio-nis aliquid, &c. Plaut. Men. sc. 5. a. 5. Quid cesso abire ad navem? Ibid. sc. 3. a. 5.

Exstimulate precor cessantia facta. Ovid. Eleg. 2. lib. 3. Trist. It dies, mihi cesso. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Sed cesso hunc onerare læritia. Idem Capt. sc. 1. a. 4. Quid cessas hanc huic uxorem dare? Idem Curc. sc. 2. a. 5. Sed quid cesso hunc ire in forum. Idem. Asin. sc. 1. a. 1. Idem in Adolph. Æschinus odiosè cessat, prandium corrumpitur. ¶ Et cessare dicimus eos, quorum officium desideramus. Gellius in fabula Cassita: Amici isti magnam in partem cessatores sunt, ἰκύνει. Breviter sic accipe, quod Cessare interdum significat nihil agere, vacare: interdum conquietere, vel respirare, & hic duobus modis absolute ponitur, ut apud Cic. de nat. deor. Cur tam multos deos nihil agere, & cessare patitur? & apud Terent. in Eanuch. & Adolph. ut dictum est. Quum verò pro intermittere, desistere, desinere, vel finem facere ponitur, habet alium secum infinitivum. Cic. ad Quint. Frat. Si te quoque inimici vexare cœperint, ne cessaris me certiore facere, ut accurrat. Terent. in Andr. Cessas alloqui. Et in l'ormion. Absenti tibi te indignas, seque dignas contumelias nunquam cessavit hodie dicere: id est, toto die nihil aliud quam contumelias loquutus est. ¶ Hujus compositum est Concesso.

Cesse, pro cessisse. Non. Cessator, is, verbale à Cesso, as: Cunctator, otiosus, qui cessat & nihil agit. { ἴκνω meachér. μισάνη, ὄλα. GALL. Faineant, mus-fard, oisieux, tardif, paresseux, lasche en besongne. ITAL. Indulgia-tore, otioso. GERM. Seumig/ müßig/ der etwas zuthun auffgehört hatt. HISP. Tardio, espacioso. ANGL. A lingerer, a loiterer an idle felow. } Gellius, Amici isti magnam in partem cessatores sunt. Cic. Pato lib. 9. Hæc tibi antea non rescripsi: non quod cessator esse solerem, præsertim in literis: sed quia, &c.

Cessatus, a, um, participium sine verbi origine, sicut Regnatus, & similia: nam Regnor, aut Cessor non dicimus. { ἄλαθεός. ANGL. That hath lien fallow. } ¶ Hinc cessata arva, id est, neglecta, & non culta. Ovid. 4. Fast.

Largaque provenit cessatis messis in arvis. Cessatio, nis, verbale, Otium. { שָׁחַח schébeth, שָׁחַח mischbath. μισάνη, ὄλα. GALL. Relasche, oisiveté, lascheté. ITAL. Indul-gio. GERM. Aufhörung/ müßiggang. HISP. Tardanza. ANGL. Slack-ness, loitering, vacannesse frome labour. } Cic. 1. de nat. deor. Profecit Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius exi-stimat. Colum. lib. 2. cap. 1. At e contrario, seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, quam est repetita cultu, magno lænore ces-sationis colono respondet.

Cessiosus, qui sæpe cedit. Gl. Isid. ¶ Cesticeillus, { ANGL. A wafe, or wreath to be layed under the vessel thath is borne on the head, a wisse. } Autote Fest. Circulus est quem mulieres imponunt capiti quò commodius onera ferant.

Cestis, pro Cestibus. ¶ Cestra, κέστρον, nomen piscis. ¶ Cestrōsphendónā, κέστροσφένδον. Telum erat semicubitale, bipalme spiculum infixum habens, digiti crassitudine, cui ad libram pinna tres, veluti sagittis solent, circumdabantur. Nomen invenit à figu-ra & usu, quorum utrumque medium habet inter telum & fundam: κέστρον enim Græcis teli genus est, Persico bello inventum: σφένδον autem id est, quod Latini fundam vocant. { ANGL. A sling, an eu-gine of warre to cast darts. } Nam fundæ modo librabatur. Inven-tum fuit hoc teli genus, auctore Livio, in bello Macedonico, ex lib. 5. d. 5.

Cestreus, duabus tantum syllabis, κέστρος. Piscis genus, qui & Cepha-lus & mugil vocatur, publicis adulte orum supplicis destinatus apud Athenienses. Vide Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 4. ¶ A cujus natu-ra tractum est adagium, Cestreus jejunit, κέστρος νησός. De fame-licis & voracibus dici consuevit. Unde & qui fame oscitant, κέστρος dicuntur, & κέστρος, esurire.

Cestrina, Epiri oppidum. Plin. lib. 4. cap. 1. & Cestrini, Cestrizæ incolæ, eodem auctore in Proæmio lib. 4.

Cestrus, κέστρον, quod primum in semine germinat, est quasi spicu-lum quod ejaculatur. ¶ Est etiam ¶ fluvius Pamphylizæ, apud Strab. lib. 14.

Cestrum, κέστρον, instrumentum quo cavatur ebur. Suidas putat esse ge-nus teli, Persico bello inventi. Latini Viriculum appellant. Julius Pollux, pro stimulo, sive stylo accepit. ¶ Est & herba Cestron, quæ & Betonica dicitur, à varietate remediõrum, & efficacia, nomine imposito. Plin. lib. 25. cap. 8. Quæ Betonica dicitur in Gallia, in Ita-lia autem Serratula, à Græcis Cestron, Ppsychotrochon,

Calepini Pars I.

Cestus, Veneris. Vide in dictione Castus, & Politjanum Misc. c. 11. Cetarii, Cete: vide Cetus.

Cethægus, Orator fuit facundissimus Africanus majoris ætate, quem Ennius (ut Quintil. refert) Suidæ medullam vocat. Meminit ejus & Cic. in Bruto. ¶ Fuit etiam Cethægus unus ex præcipuis Catilina-riæ conjurationis, cujus frequens est mentio apud Cic. in Catili-nam. Cethegi gratia & potentia Romæ. Plut. in Lucul.

Cetii, populi sunt Asiæ, Cilicibus finitimi, à Cetio agri illius fluvio nominati. Strab. lib. 13.

Cetius, mons est in Norico, Germaniæ regione. Ptol. lib. 2. cap. 14. vulgò Kalemberg.

Cetrà, æ, scutum breve, lorum quo utuntur Afri & Hispani. Suet. in Calig. cap. 19. { ἰκύνει ἡ πόλις, τὸ πέλιν. GALL. Vne petite targe & bouclier de quoy usoiert les Espagnols & ceux d' Afrique. ITAL. Targetta, broccchiere. GERM. Ein schilt/ wie man sie in Hispanien vnd Africa braucht. HISP. El adarga ò escudo de cuero. ANGL. A short bucklor which the Spaniards and Afriekos doeth use. } Virg. 7. Æneid.

Lavas cetra tegit. Liv. 1. bel. Pun. Hispani sine ulla mole in utres vestimentis conje-ctis, ipsis cetris superpositis incubantes, flumen transnatavere. Hinc Cetrati dicti sunt milites cetris muniti, quos Peltastas vocant, πέλ-τωφόροι, πέλτω-υ. Cæsar bell. civ. lib. 1. Erant, ut supra demon-stratum est, Legionem Afranii tres, Petreii dux, præterea scutata ceterioris provinciæ, & cetrata alterioris Hispaniæ cohortes circiter octoginta. Liv. lib. 1. bell. Maced. Necte cetratos quos Pelta-stas vocant, loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat.

Cetus, { ἰκύνει tanin. GALL. Grand poisson de mer, comme Dauphin, Marsoin, Balaine, & semblables. ITAL. Ogni sorte di pesci smisu-rati & grandissimi. GERM. Ein grosser Meerfisch/ besonders aber die andere fische von sich gebären/ als wallfisch/ Delyphin. HISP. Pece muy grande, como ballena. ANGL. A whale fishe or such great fishes. } Vi-tulinam, cetum, porcina, cara omnia. Plaut. Aul. sc. 5. a. 2. & sc. 1. a. 4. Nomen est majoribus omnibus marinis piscibus commu-ne, iis præsertim, qui animal pariunt, non ovum: cujusmodi sunt balenæ, orcæ, pristis, thynn, & similes. ¶ Unde Cetarii appellantur, teste Nonio, qui majores in mari pisces capiunt. Plin. lib. 32. cap. 1. Cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse tradit Juba, pinguique ejus ne-gotiatores & omnium piscium adipe camelos perungi in eo situ, ut asilos ab his fugent odore. Dicimus & Cete pro iisdem plurali san-tum numero, nullaque casuum inflexione. Virg. 5. Æneid.

Immania cete.

Cetarius, qui cetos, hoc est, marinos pisces majores caput, aut vendit. { κέστρον. GALL. Poissonnier qui vend de grands poissons de mer. ITAL. Venditore ò pescatore di grossi pesci. GERM. Ein fischer welcher die grossen meerfisch fangt/ oder dieselbigen verkauft. HISP. Pescador ò vendedor de las almandruvas. ANGL. That fisheth or selleth great fishes, afishmonger. } Colum. lib. 7. Samentorum omnium purgamenta quæ cetariorum officinis everruntur, præberi convenit. Varro, Advertis cetarios, quum videri volunt in mari turmas, al-cendere in malum altè, ut penitus per aquam pericipiant.

Cetaria, arum, loca juxta mare, stagnante lacu, in quibus thynni & alii hujusmodi pisces capiuntur, & juxta saliantur. { τὸ κέστροσφένδον. GALL. Poissonnerie de grands poissons de mer. ITAL. Pescaria da grande pesci. GERM. Grosse gräben bey dem meer in welchem man die grosse fisch fangt oder fahet. HISP. Almadruva de atunes. ANGL. Places where great fishes haunces and is taken. } Plin. lib. 37. c. 5. Ferunt & in ea insula tumulo reguli Hermitæ juxta cetarias marmo-reo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis. Cetaria, in neutro gen. Horat. 2. Serm. sat...

Plures annabunt thynni, & cetaria crescent.

Cette, significat, Dicite, vel Date, ab eo quod est cedo. Nævius Lycur-go, Pro industria ne te regem prognatum patre Lycurgo cette. Ennius Medea, Salvete optima corpora, cette manus vestias, meaque ac-cipite. Nonius. Antiquum est.

Ceū, adverbium similitudinis, idem significans quod Tanquam, vel quasi: magisque est Poëtarum, quam Oratorum: sed quo multi, & præsertim Plin. usuntur. { ἴκνω chémo. οἷον, οἷον. GALL. Comme, qua-si, tout ainsi que. ITAL. Come. GERM. Gleich als/ eben wie. HISP. Assi como. ANGL. As lik as. } Virg. 2. Æneid.

Adversus rupto ceu quodam turbine venti Confligunt.

Plin. lib. 8. cap. 17. Incremento terga, ceu quodam incitamento fla-gellantur.

Cevā, genus vacca humilioris. { ANGL. A litle milke cowe. } Colum. lib. 2. cap. 23. Melius etiam in hos usus altinæ vaccæ probantur, quas ejus regionis incolæ Cevas appellant. Ex sunt humilis statura, lactis abundantes: propter quod remotis earum foetibus generosum pecus alienis educatur uberibus.

Ceci, populi citerioris Hispaniæ in conventu Lucensi: de quibus Plin. lib. 3. cap. 3.

Cēvērē, σαυλασφρακίαν, σαλασφρακίαν, πη-υρίαν. Aristoph. in avibus, σαυρίαν, est clunes movere, quod fit adulando, ut in canibus videmus. Persius, An Romule cerves?

Ceus, vide Cæus, per æ diphthongum.

Cēyx, icis, κήνξ Suidæ, rex fuit Thraciæ, Luciferi filius, & maritus Alciones filizæ Aëoli, qui cum ob causam fratris in accipitrem muta-ti, ad Clarium oraculum consulendum navigaret, tempestate depre-hensus est, & submersus. Quare quum statuto tempore non rediret, Alcione multa quotidie vota pro salute suscipiebat. Tandem in somnis monita, naufragio eum periisse, quam ad descendendum misera-bilem viri casum manè ad littus venisset, unde ille solverat, cada-ver quoddam fluctibus ad littus vidit expelli: quod cum viri sui esse cognovisset, ac per undas ad illud exsilire vellet, deorum miseratione in Alcionem conversa, ad os mariti advolavit: qui & ipse oscula uxoris sentiens, in Cerylum commutatus est. Fabulam hanc refert Ovid. 11. Metam. & Euripid. in Iphigenia.



CH

Chaa, Peloponnesi urbs est, Lepræo proxima, ad campum Ephasium, cujus causa bellum inter Arcades & Pylios confutum est. Vide Strabonem *lib. 8.*

Chassa, vicus est Ægypti apud Strab. *lib. 16.*

Chabareni, *χαβαρηνοι*, populi Scytici ad Chalybem fluvium habitantes, qui peregrinarum mulierum, quas nancisci poterant, mammas crudas edebant, pueros devorabant. Stephanus ex sententia Eudoxi.

Chabria, vicus est Ægypti in ea parte, quæ Arabia est contermina. Strab. *lib. 17.*

Chabrias, *χαβριος*, Atheniensis Philosophus & Imperator inclytus. Hic dicere solebat terribiliorem esse exercitum cervorum, duce leone, quam leonum duce cervo. Hujus res gestæ recensentur à Demosthene in oratione ad versus Leptinem.

Chadisia, *χαδισια*. Fluvius est & oppidum ejusdem nominis in Cappadocia, sive Leucosyria, in finibus Themiscyæ, non procul à Lycasto. Plin. *lib. 6. cap. 3.*

Chadramotix, *χαδραμοτιναι*, populi sunt Arabia, Troglodytis proximi. Plin. *lib. 6. cap. 28.*

Chære, *χαειρε*, salve, ave. ||

Charmon, nis, *χαριμων*, poeta Comicus, cujus fabulas enumerat Suidas. ¶ Fuit & alter ejusdem nominis, qui Hieroglyphica scripsit: cujus etiam meminit Suidas.

Chærephon, *χαερεφον*, Atheniensis Philosophus fuit, discipulus Socratis, qui tam pertinaciter Philosophiæ incubuit, ut maximum inde pallorem & maciem contaxerit. Inde ortum est proverbium, *εδεν διοισης χαερεφων*: hoc est, nihil à Chærephonte differt: quoties hominem pallore & macie confectum volumus indicare. Author Suidas.

Chærephyllum, *χαερεφυλλον*, herba, quod foliis gaudeat: est enim foliosa, à *χαειρα* gaudeo, & *φυλλον* folium. ||

Chærestratus, nomen viri. Plaut. *Asin. sc. 2. a. 5.*

Charis, *χαρις*, Citharædus ineptus fuit, cujus meminit Aristophanes in Comædia, quæ inscribitur *αχαρναις*. Suidas.

Chæronæa, *χαεροναια*, vicus est Bœotia, Plutarchi patria, Atheniensium clade nobilitatus. Hujus meminit Plin. *lib. 4. cap. 7.* Stephano urbs est in confinio Phocidis, à Chærone conditore dicta, Apollinis & Therus filio. Hellenicus scribit Athenienses post Orchomenos Chæroneam quoque Orchomeniorum urbem cepisse. Olim etiam Arne vocabatur, quo nomine Homerus utitur. Hinc Chæronius, & femininum Chæronis, possessivum Chæronicus. Steph.

Chærophyllo, *χαεροφυλλον*. Herba est pastinacæ erraticæ, sive dauci, folio aliquanto tenuiore, radice candicante, tubamara. Veteres Gingidion appellaverunt. Nam Chærophyllo nomen recentius est, à comæ luxuria, & aspectus jucunditate (ut videtur) impositum. Hodie à vulgo herbariorum *Chærefolium* appellatur, Græca & Latina voce in unam coalescentibus.

Chalæon, teste Plin. *lib. 4. cap. 3.* Locorum portus VII. M. passuum distans à Delphis.

Chalambrii, *χαλαμβριοι*, qui à loco Libyæ sic appellantur. Hesychius.

Chalame, civitas Persidis, quæ nunc appellatur Æthisiphon.

Chalāsīs, *χαλασις*, à medicis appellatur laxatio articularum, quæ scilicet ex lassitudine, nimiove labore, aliave ex causa evenit, ut laxatis vinculis membrum excidar: ut si radius in brachio à cubito submoveatur, ita ut locus quidam in medio vacuus relinquatur.

Chalāsīs, Tunica genus, quod & Græci *χαλασσαι* vocant à laxitate: vel (ut quidam volunt) modus tunicæ muliebris, quo connexa circa cervicem tunica submittitur.

Chalastra, *χαλαστρα*, urbs Macedonia, juxta quam Axius influit in Thermæum sinum, inquit Strabo, à Chalastia proximo portu dicta.

Chalastrius, a, um, adjectivum: ut, Chalastrius nictum. Plin. *lib. 31. cap. 10.*

Chālāzī, { *χαλαζια*. GALL. *Glande glandule*. ITAL. *Ghiandola, natta*. GERM. Ein böse trüß oder bulz vnder der haut. HISP. *Granizo*. ANGL. *A waxe kernell*. } Collectio sub cute, buboni & Ægyptiæ fabæ similis, dolorem si tangatur afferens: Latinis grando dicitur.

Chālāzīās, *χαλαζιας*, gemma quæ grandinum colorem & figuram habet, adamantinæ duritiæ. Plin. *lib. 37. cap. 11.*

Chalazion, *χαλαζιον*. Tuberculum est in oculorum palpebris, non dissimile illi, quod à Græcis *καλη* appellatur: diversæ tamen figuræ, & mobile, si huc atque illuc pellatur. Recentiores medici grandinem appellant.

Chalcæanthum, { *χαλκαανθον*. GALL. *Vitriol ou couperose*. ITAL. *Vitriole*. GERM. *Vitrol oder schuhmacher schwertze*. HISP. *Capparosa*. ANGL. *Copperas or vitriall*. } Corpus est metallicum, quod à Latinis atramentum futorium appellatur. ¶ Est autem duplex, foliile, & factitium. Fossitium aliquando est caruleum, aliquando pallidum, aliquando candidum & pellucidum in morem vitri: unde & *Vitriolum* à vulgo appellatur. Factitium verò ex aqua pluvia fit per metalla defluente in lacunam, qui inde ab iis quæ ad metalla sunt damnati in vasa ampla fictilia perfertur, in quibus paucis diebus concrefcit. Dicitur Calcanthum, quasi flos æris. Atramenti autem futorii nomen accepit, quod ex eo aqua dissoluto corium denigretur. Vide de hoc plura apud Diosc. *lib. 5.* & apud Plin. *lib. 34. cap. 12.*

Chalcæ, *χαλκαη*, insula est cum oppido circa Rhodum. Plin. *lib. 5. cap. 11.*

Chalcea, *χαλκεια*, τὰ, Libyæ urbs Polyhistori, quem valde reprehendit Polybius, non civitatem esse scribens, sed *χαλκεργεια*, id est, ærarias officinas: Chalcea verò, *χαλκαία*, ἡ, in Caria est. Gentile Chalceates. Stephan.

Chalcædōn, *χαλκηδων*, vulgò *Calcedonia*, urbs Bithyniæ, juxta Bosphorum Thracium, ex opposito Byzantii. Hanc Megarenfes condidit. Cæci idcirco appellati, quod non potius oppositum litus elegissent, in quo postea conditum est Byzantium, tanto felicioris modis omnibus sede. Hic olim magna Synodus celebrata est, quæ inter octo numeratur, quibus Ecclesia præcipuum impertitur honorem. Vide Plin. *lib. 5. cap. ult.* Ejus meminit Pomponius *lib. 2.* Eutopam, inquit, ab Asia stadiis quinque disternat Thracius (ut di-

ctum est) Bosphorus, ipsi in faucibus oppidum, in ore templum: est oppidi nomen Chalcedone, author Argias Megarensum princeps: templi nomen Jupiter, conditore Jafone.

Chalcedon Stephano, urbs Bithyniæ juxta fauces Ponti. Civis Chalcedonius, & Chalcedonis femini generis. Strab. *lib. 12.* Dextera pars Ponti, inquit, Chalcedonis vocatur, à templo Jovis Urii & faucibus Ponti, inquit Menippus: ad Chalcedonem urbem naviganti & continentem ad sinistram habenti, stadia sunt centum & viginti: à Chalcedone verò usque ad Acritam stadia sexaginta. Nomina- ta est à Chalcedo nomine fluvio.

Chalcedonia Pelamis optima. Gell. *cap. 26. lib. 7.*

Chalceres, idis, *χαλκητης*, insula quædam, cujus meminit Menippus. Stephan.

Chalceitorium, *χαλκητοειον*, urbs Cretæ: civis Chalceorius & Chalce- tor. Steph.

Chalceos, herbæ genus est apud Plin. *lib. 21. cap. 18.* spinosos habens aculos.

Chalceritis, idis, insula est in Ponto Marti sacra. Unde etiam Aria di- citur. Plin. *lib. 6. cap. 12.*

Chalceum, herbæ etiam genus est apud eundem *lib. 26. cap. 7.* Item herba Chalceum è vincis contrita imponitur.

Chalcia, insula maris Ægæi, quam inter Sporadas Plin. enumerat *lib. 4. cap. 13.*

Chalcidene, Syriæ fertilissimæ regio, ut scribit Plin. in *descriptione Cæles Syria, lib. 5.*

Chalciope, *χαλκιοπη*, Ætæ regis Cholcorum filia fuit, soror Medæ, & uxor Phryxi. Hujus meminit Flaccus *lib. 9. Argonaut.*

Chalceūtīcē, *χαλκηδονη*, Ætaria fabrica. Nam *χαλκος*, faber ærarius est, quem excusorem Quintilianus interpretatur.

Chalciæcum, Minervæ festum. Livius *lib. 5. d. 4.*

Chalcis, idis, *χαλκίς*, δ, serpentis venenosi genus est è genere lacer- tarum, quædam ærei coloris lineas in tergo habens: unde & nomen habet. Plin. *lib. 32. cap. 3.* Quippe adversus scorpiones ex vino bi- buntur, adversus phalangia & araneos ex mulso, &c. adversus chalcidas cum myrtite. Idem *lib. 29. cap. 5.* Lacerta, quam hi sepa, alii chalcidem appellant. Chalcidis lacertæ meminit & Aristoteles *de animalibus*. ¶ Est & Chalcis Homeri avis nocturna, ex genere accipitrum, bellum internecinum cum aquila getens. Plin. *lib. 10. cap. 8.* cymnidin vocat. ¶ Est & Chalcis piscis quidam ex genere chombrorum, apud Plin. *lib. 12. cap. 11.*

Chalcis, idis, *χαλκίς*, vulgò *Negreponce*, Eubææ urbs præcipua, ab Au- lide Bœotia portu, exiguo eutipo divisa, vetus Atheniensium colo- nia, ita dicta (si Stephano credimus) à Chalcide filia Asopi: aut certè quod ærariæ fabricæ ibi primùm fuerint repertæ. ¶ Est & alia Chalcis, agri Corinthii oppidum. Tertia Ætolia, Acheloo fluvio irrigata. ¶ Quarta Syriæ à Monico Arabe condita. Sunt & alia ejus- dem nominis urbes, quæ enumerantur à Steph. Olim etiam Symphalus vocabatur, & Hypochalcis, quod sub Chalce monte sita sit, nunc Halicarna. Inde Chalcideus, & mulier Chalcis, ut ipsa urbs: possess. Chalcidicus. Homerus, *χαλκίδα τ' υειτελειω τι*. Vocantur etiam Chalcidices in vico quodam Sicilia, qui ex Eubæa migrave- runt: Chalcidicus est Sicilia mons. Est & Chalcis in Mesapia Ita- lia urbs septima: insula cum urbe ejusdem nominis juxta Lesbium, unde Chalcideis. Est item Chalcis locus profundus & cavus ad montem Atho, Stephano. Vide *Hypochalcis*.

Chalcidicus, a, um, *χαλκιδικος*, possessivum à Chalcide formatum, Virg. 6. *Æneid.*

*Chalcidicæque levis tandem superastitit arce:* ubi Chalcidicam arcem vocat Cumas Chalcidensium coloniam.

Chalcidicum, genus ædificii, inquit Festus, ab urbe Chalcidica dictum. Dio *χαλκιδικον* vocat. ¶ Chalcidinum *επιερωον*, cœnaculum. Aufon. *Chalcidicum gressu nutrit superabat anili.*

Chalcitis, itidos, *χαλκίτις*. Insula est è regione ostii Rhindaci, Bithy- niæ fluvii. ¶ Est item Chalcitis, corpus metallicum, mediæ inter *μινω* & *αἰθεν* substantiæ, illo crassior, hoc tenuior, unde & in metallis inter hæc duo media invenitur. Dicitur Chalcitis, tum quod ad æris colorem tendat, tum quod eâ æs augeatur. Hodie Sephasarii pro Chalceiti Chalceantum substituunt. Vide Gal. *lib. 9. simpl.* & Plin. *lib. 34. cap. 12.*

Chalcites, *χαλκίτις*, gemma æris coloris, sed nigrioris. Plin. *lib. 37. cap. 11.*

Chalcolibanum, *χαλκολιβανον*, electri quædam species auro pretiosior: pretiosissimum quoddam æris fossilis genus, auri fulgentis speciem habens. ||

Chalcophonos, *χαλκοφωνος*, gemma quæ illisa, æris tinnitum reddit. Plin. *lib. 37. cap. 10.*

Chalcōsmāragdōs, *χαλκοσμαραγδος*, gemma ex genere smaragdorum, æneis venis turbida. Plin. *lib. 37. cap. 5.*

Chalcus, exiguum pondus erat apud Atticos, quod decies sumpnam, obolum conficiebat. Plin. *lib. 22. cap. ult.* Drachma Attica denarii argentei pondus: eademque sex obolos pondere efficit, obolus de- cem chalcos.

Chaldæa, { *ܟܠܕܝܐ* *schidbar*, *כּלדא*, *erets chaldaim*. *χαλδαιων χωρη*. } Asia majoris regio, Arabia contermina, plana, fontium indiga, in qua Babylon civitas magna. Chaldæos Arphaxat instituit, & à se Arphaxatæos nominavit, ut inquit Josephus. ¶ Chaldæi, Assyriorum magi ex gentis vocabulo dicti sunt, qui diuturna ob- servatione syderum, scientiam putantur effecisse, ut prædici posset quid cuique eventurum, & quo quisque faro natus esset. Cic. 1. *de Divin.* Horum multa erant genera. Nam quidam Orheni diceban- tur, quidam Borsipeni, alii aliis nominibus pro ratione sectarum, quas amplectebantur. Tantum autem hæc in arte valuerunt Chal- dæi, ut quicumque Astronomiam judicantiam profiterentur, quam- vis in sejunctissimis regionibus orti, ab iis dicti fuerint Chaldæi. Hi & Genethliaci appellantur, & Mathematici. Luge in eos Gell. *cap. 11. lib. 14.* ¶ Chaldæos quoque sua ætate, dictos fuisse Ponti populos, qui antea Alizones Calybes dicebantur, author est Strab. *lib. 12.*



Chaldæi, inquit Stephan. Cephene prius dicti sunt, à Cepheo patre Andromedæ. Hellenicus scribit hanc gentem mortuo jam Cepheo, relicta hac regione, aliò in militiam abiisse, proinde regionem non ampliùs Cepheneiam dictam, nec incolas Cepheneas, sed Chaldæos, regionem verò Chaldaicam, à Chaldæo rege, qui ( Dicæarcho teste ) quartus - decimus à Nino fuit, & Babylone juxta Euphratem condita, omnes Chaldæos in eam collegit. Regio etiam Chaldæa nominatur. Alij probabiliùs dicunt Chaldæos circa Babylonem habitare, & oraculum apud se habere, ut Delphi apud Græcos.

Chaldæi, item populi sunt propè Colchidem. Sophocles: Κόλχες πρὸς χάλδαιος πρὸς Σέρων ἴδιον. Steph.

Chaldia, χάλδια, regio Armeniæ: incolæ Chaldi. Steph.

Chalestra, vide Chalestra.

Chalèpi versus, χαλιπὸς μέγας, dicuntur duri, asperi, ac prolatu difficilis, qualis est versus Virgilianus, Quadrupes dante putrem sonitu quatit ungula campum.

Chalia, χάλια, urbs Bœoticiæ, vicina Hydriæ: gentile Chalidus. Steph.

Caliphas, dignitas in Doctores Turcarum. Lex.gr.b.

Calista, χαλίσια, urbs Libyæ, & alia Ponti, tertia Amazonum. Vide Stephanum.

Chalo, as, laxo, demitto. Veg. Hinc chalatorii funes, à χαλᾶν, laxare, demittere.

Chalybès, Χάλυβες, cum y. Populi in Ponto juxta Thermodoontem fluvium, qui & Alizones Homero dicti sunt, & postea Chaldæi, teste Strab. lib. 12. Hi ferrum nudi effodiunt, dicente Virgilio, India mittit ebur, molles sua thura Sabæi, At Chalybes nudi ferrum.

Catull. de com. Beren. Iuppiter ut Chalybin omne genus pereat?

Ponitur tamen quandoque Chalybs. Ἰωνικὸν νεκρόσχηθ. χάλυψ. Gall. Acier. Ital. Acciale. Germ. Stahel. Hisp. El hierro d'azero. Angl. Steele. Pro ipsa ferri materia. Ovid. lib. 4. Fast. Æs erat in pretio: chalybis jam massa placebat.

Virg. 8. Æneid. Vulnificusque chalybs vasta fornace liquefcit.

Lucanus. Chalybem, franósque momordit.

Est & Chalybs fluvius in Hispania, in quo ferrum optimè temperatur, juxta quem & Chalybas populos collocat Justin. lib. ult. de quibus Grammaticorum nonnulli putant intelligendum illud Virg. lib. 8. At Chalybes nudi ferrum.

Chalix, μικρόν λιθίδιον. Lapidis genus, ex quo educitur ignis.

Chamæ, à Græcis χαμαί, species sunt concharum. Aliud in mari videtur piscis esse genus chamæ, quas Hiattulas quidam interpretantur, habentes valvam, sicut & qui Erichthynni, hoc est, Rubelliones dicuntur. Chamatum duo traduntur genera, scilicet Trachææ, hoc est, asperæ, mali succi, quas & ostrea cognominant, & in Macedonia Corycos, & Athenis Crios. Alterum leves multò meliores & crassiores: ob id Pelorides & Pelorinæ à quibusdam & Basilicæ vocantur, & ab Helio Spartiano Liostria, id est, Lithostrea, si mendosè legatur. Plin. lib. 32. cap. ult. Chamatum plurima genera recenset. Chamatum, inquit, genera (perperam editum Cancrorum, lege ergo Chamatum) 1. Chamatrachea, χριση τραχία, quia chamatum testæ durissimæ. 2. Chamæleos χριση λεία, vel λεία, cujus testæ albissima ac tenera. 3. Chamæpelorides χριση πελαγίδες, καὶ χριση πελαγίδες, apud Athenæum, à magnitudine: quia πελάγος, est ingens, generis varietate distantes & rotunditate. 4. Chamæglycymerides, χριση γλυκυμερίδες, à dulcedine sic dictæ, quæ sunt majores quam pelorides. 5. Colycia, sive Corophya, alijs Corycia. Ad dicitur apud Athenæum aliud genus Camanigra, καὶ χαμαί μέλιτρα, vel μελιανίς.

Chamæactes, es, χαμαί αἴσπι. Gall. Herbe appellée hieble. Ital. Ebullo. Germ. Aitich. Hisp. Hiezo. Angl. Daynewort or wallwort. Sambuci genus est humidius, quod à Latinis Ebulum appellatur. Plin. lib. 24. cap. 8. Sambucus habet alterum genus magis sylvestre, quod Græci Chameacten, alii Helion vocant, multò brevius.

Chamæcerasi, χαμαί κίρασι, ex cerasorum genere humillimæ, terrena rarò altitudinis cubita excedentes. Plin. lib. 15. cap. 25. Sunt & Macedonica parvæ arboris, raròque tria cubita excedentis: & minore etiamnum frutice chamæcerasi.

Chamæcyparissos, χαμαί κυπάρισσος, herba quæ ex vino pota, contra venena serpentium omnium, scorpionemque pollet. Plin. lib. 24. cap. 15. Ruellius docet, ut plurimum esse fruticem in hortis feri solitum, folijs incanis, cupressi arboris folia odore & figura referentibus. Unde & à vulgò Cypressus appellatur. Sunt qui pusillam cupressum abrotonum sceminam vocent, à similitudine quam hæc cum arbore in multis habet.

Chamæcelsus, χαμαί κελσος, genus hederæ, quæ nunquam se ab humo attollit. Composita dictio ex χαμαί, quod humi, sive ad terram significat, & κελσός, hederæ. Sic Chamæplatani, vocantur humiles platani, & coactæ brevitatis.

Chamædaphnè, χαμαί δάφνη Plinio. Gall. L'aureole. Ital. Chamædaphne. Germ. Wenden kraut / sonst auch Lorbeerkraut. Hisp. Laurel baxo, laureola. Herba est in hortis feri solita in funiculi modum sese porrigenis, & vicina quæque vinciens, unde & Vincapervinca ab eodem appellatur. Folia habet lauro similia, ideo chamædaphnè, hoc est, parva laurus appellatur: florem autem violæ similem. De hac Plin. lib. 21. cap. 11. Dioscoridi χαμαί δὲ δάφνη dicitur. Est & altera Chamædaphnè species, cujus idem Plin. meminit lib. 24. cap. 15. Chamædaphnè (inquit) unico ramulo est cubitali ferè, folio tenui, lauri similitudine, cujus semen rubens admistum folijs, illinitur capitis doloribus recens. Hanc Romani Laureolam, aut Lauraginem appellant: Dioscorides autem, & Galenus hanc solem chamædaphnè nomine noverunt.

Chamædryas, χαμαί δρύς. Gall. Germ. André. Ital. Quercivola, chalamandria. Germ. Klein bathengel. Hisp. Camedrios. Angl. Ger-

mander. Herba est Plin. lib. 24. cap. 15. quæ Latine Triflago dicitur. Aliqui eam Chamædropen, alii Teucrion appellaverunt. Dicitur autem Chamædryas, quasi humilis & terrestris quercus, vulgò Sarratula appellatur, teste Ruell. lib. 3. cap. 56.

Chamælaëa, χαμαί λαία. Herba quæ similitudinem foliorum oleæ habet. Plin. lib. 25. cap. 7. Multum infra hunc succum est, qui in Gallia fit ex herba Chamælaëa, granum cocci ferente. Idem lib. 24. cap. 15. Chamælaëa similitudinem foliorum oleæ habet: sunt autem ei folia amara, odorata: in petrosis nascens palmum altitudine non excedit. Vulgus à foliorum similitudine Olivellam vocat.

Chamæleōn, chamæleonis, χαμαί λέων, herba est ex genere aculeatarum: ita dicta à varietate foliorum. Mutat enim cum terra colorem, hic niger, illic viridis, alicubi cyaneus, alibi croceus. Quibusdam in locis viscum gignit sub alis foliorum: unde & Ixia appellatur. Ejus duo sunt genera, album & nigrum, radicis colore distincta. Album Latini Carduum suarium, quod sues enecet, officinæ Cardoparium appellant. Gall. Chardouffe. Ital. Cardo maria, cardo maculato. Germ. Klein oder weys Eberwurz. Hisp. Cardo pinto. Nigrum Latini Vernilagium, vel Carduum nigrum. Gall. Chardonnette de quoy on fait prendre le lait à faire fromages. Ital. Chameleo-ne nero. Germ. Stroh oder schwarz Eberwurz. Hisp. Cardo pinto negro, cardo aliogero. Vide Plin. lib. 22. cap. 18.

Chamæleōn, χαμαί λέων, quasi parvus leo est, animal est diversa varietate conspersum, ut pardus, & ad colores, quos videt, conversione facillima variatur, præter ad rubrum & album. Plutarch. in Alcibiad. Chamæleon non recipit colorem album: de eo plura Gell. cap. 12. lib. 10. Ab hac colorum mutatione oritur paræmia, Chamæleonte mutabilior: χαμαί λέωντος δὲ μεταβολώτερος. Competit in hominem versipellem, sive inconstantem, ac pro tempore sese vertentem in omnem habitum. Nascitur in India, figura & magnitudine lacertæ, nisi quod crura habet recta & excelsiora. Latera ventri junguntur, in piscibus, & spina simili modo. Eminent rostrum simile suillo, cauda prælonga in tenuitatem desinens, & implicans se viperinis orbibus, ut vngues adunci, motus tardior, ut testudini, asperum corpus, ut crocodillo: habet oculos in recessu castos, tenui discrimine prægrandes & corpori concolores, nunquam eos operit. Solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quàm aëris alimento: latet hyeme, ut lacerta. Vide plura de chamæleonte apud Plin. lib. 28. cap. 8.

Chamæleucæ, χαμαί λευκή. Herba quæ Tussilago dicitur: nascitur circa fluvios, folio populi, sed ampliore. Plin. lib. 24. cap. 15. Vulgus vocat Ungulam caballinam. Barbarus Populaginem & Bechion.

Chamæmèlum, χαμαί μέλον. Gall. Herbe qu'on appelle Camomille. Ital. Chamemilla, herba. Germ. Kamillen. Hisp. Manzanilla, hierba conocida. Angl. Camonile. Herba est vulgò nota, ab odore mali sic dicta, quæ alio nomine Anthesis appellatur. Medici recentiores Chamomillam barbarè vocant. Ejus tria sunt genera, floribus tantum distantia. Leucanthemon, Chrysanthemon, & Eranthemon: de quibus latius suis locis. Unde Plin. lib. 22. cap. 21. ubi corruptum Plinii locum ita reponit: Genera ejus tria palmum non excedentia flore tantum distant, parvisque floribus, ut rutæ folia candidis, aut mellinis, aut purpureis.

Chamæmèlon parthenicum. Diosc. lib. 3. cap. 156.

Chamæmelon, inter alias linguas Sicularum cognomentum habet tertix speciei Aristolochiæ, ut inquit Diosc. lib. 3. cap. 5.

Chamæmyrsinè, χαμαί μυρσινών, frutex ex quo scopæ fiunt, alijs Ruscus. Nonnulli sylvestrem myrtum vocant, ex quo fit oleum chamæmyrsinum: vide Plin. lib. 23. cap. 9.

Chamæpeucè, χαμαί πευκή. Herba est folia habens laricis folijs similia, lumborum spinæ doloribus propria. Plin. lib. 24. cap. 15.

Chamæpitys, yos, χαμαί πίτυς. Gall. Iwe sauvage. Ital. Chamèpitie. Germ. Fied cypressen. Hisp. Penillo. Herba est Plin. lib. 24. cap. 6. à Latinis Ajuga, sive (ut alii legunt) Abiga vocata, ab abortu scilicet, quem facere creditur. Alio nomine Thus terræ dicitur. Ejus tria sunt genera: unum sesquipedalibus surculis, flore & odore pinus: alterum brevius, & incurvum: tertium folijs scabris, digitali caulibus crassitudine. Vulgus Ivam appellat.

Chamæplatani, Coactæ brevitatis platani. Plin. lib. 11. cap. 2.

Chamærops, opis, χαμαί ροψή, herba est myrteis circa caulem geminis folijs, capitulis Græculæ rosæ, quæ ex vino pota, lateri, renibus convulsis, & ruptis medetur. Author Plin. lib. 26. cap. 8. Ruellius eandem esse existimat, quam à Mithridate inventore Mithridation appellat.

Chamæropes, vel potiùs Chametripes, χαμαί ροψίς, & The. χαμαί ροψίς Φοινίκης. Arbores sunt ex specie dactylorum, quæ & in Creta, & in Sicilia nascuntur. Plin. lib. 13. cap. 4. de palmis. Vocantur autem Chamæropes, folio latiore ac molli, ad virilia utilissimo. Copiosæ in Creta, sed magis in Sicilia. Ita dictæ ab humilitate. Hujus palmæ medullâ edulis est, diciturque Ceflione à Serapione, quia palmæ medulla, seu cerebrum ἰσχυράκιον à Galeno vocatur.

Chamæripès, χαμαί ροψίς, idem quod Chamæropes.

Chamæryce, χαμαί ρύκη, herba est lentis folia habens, nihil se atrolentia, in aridis petrosisque nascens. Vide Plin. lib. 24. cap. 15.

Chamæteræ, quæ & Chamæterides, χαμαί τεραίς à Græcis dicuntur, humiles, & depressæ imagines: quales sunt servarum & pedissequarum, quæ ferè humi sedentes finguntur. χαμαί enim Græcorum adverbium Latine significat humi. Scribit Plin. lib. 30. cap. 5. Scopam fecisse Apollinem Palatinum, Vestam sedentem laudatam in Iervilianis hortis, duasque chamæteras circa eam.

Chamæzèlōn, χαμαί ζέλον, herba est, teste Plin. lib. 27. cap. 10. quam quidam eandem esse credunt cum gnaphalio, cujus folia ita alba, & mollia sunt, ut planè videantur tomentum, & pro tomento usurpentur. Est & aliud hamæzeli genus, quod & Pentaphyllon à Græcis, & à Latinis Quinquefolium appellatur: cujus meminit idem Plin. lib. 25. cap. 9.

Chambades, pars est Tauri montis, apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Chamèlopårdālis, & Chamelus. Vide Camelopardalis, & Camelus.

Chameonjæ, cubationes humi.



Chamos, { Ἥρας } *ghemósch*. } teste Hieronymo, deus erat Tyriorum & Ammonitarum, quemadmodum Astarte, dea Sidoniorum, quam coluit Salomon.

Chamuleus. Chamulci erant machinæ quædam & instrumenta, quibus naves trahebantur in terram. ||

Chandanace, *χανδανάκη*, urbs Persica: gentile Chandanaceus. Steph.

Chännä, vel Channe, vel Channus, *χάννης, χαννός*. Piscis est ex sarco-phagis, perca similis, cujus dentes acuti, maxilla inferior prominentior, qua semper hiat ( unde à *χάννεν*, hiare nomen ) deorsum ex rubro nigrescit, cauda maculis rufis insignis. Ovid. *lib. de piscibus*.

— ex se

*Conspiciens channe gemino fraudata parente est.*

Plin. de eo *lib.9. cap.32. ex Arist. hist. lib.4. cap.6.*

Chandane, *χανδάνη*, urbs Apuliæ, post quam Peuce sequuntur. Steph.

Chäoniä, *χωνία*, pars montana Epiri: licet quandoque sumatur pro tota Epiro. Steph.

Chäonēs, *χώνεις*, populi à Troiani Heleni fratre Chaone nominati: quem quum Helenus in venatione imprudens occidisset, ad extincti solatium, regni sui populos à nomine ejus Chaones, & regionem Chaoniam appellavit. Virg.3. *Æneid.*

*Chaoniámque omnem Troiano à Chaone dixit.*

Idem postea & Molossi dicti sunt, à Molosso Pyrrhi filio, teste Strabone lib.7.

Chäonidēs, *χωνιδής*, canum genus ex chais, hoc est, ex lupis cervariis conceptum, ut videtur sentire Hermolaus in Plin. Verisimilius tamen est, à Chaonia regione dictos, quemadmodum & Molossos à Molossia. Chaonidum canum originem refert Julius Pollux ad æneum canem à Vulcano fabricatum.

Chäos, { ἄννη } *tobú. χάος*. GALL. *Confusion universelle de toutes choses, gouffre & tenebres, Chaos*. ITAL. *Confusione, chaos*. GERM. *Ein vermischung & verwirrung*. HISP. *Confusion, mezcla, chaos*. ANGL. *A general confusion of all things, great deepness with darkness*. } Hesiodus in Theog. omnium rerum initium vocat, quod ante omnes deos, deusque natum sit: de quo & Orphæus initio Argonaut. Alii appellant materiam cæli & terræ confusam atque informem, quæ primum ex nihilo facta est, de qua postmodum omnia sigillatim per species varias formæque proprias prodierunt: de qua scriptura loquitur, *Qui fecisti mundum de materia informi*. Lactantius verò sic habet: Nemo quærat ex quibus ista materiis tam magna & mirifica opera Deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo. Nec audiendi sunt poetæ, qui aiunt Chaos in principio fuisse, i. confusio-nem rerum atque elementorum: postea verò Deum direxisse omnem illam congeriem, singulisque rebus ex confuso acervo separatis, in ordinemque descriptis intruxisse mundum pariter & ornasse. Est autem hoc nomen Græcum, quod declinatur prima declinatione contractorum, hoc modo, τὸ χάος, τὸ χᾶος, τὸ χᾶος. Apud Latinos tantum in usu est Chaos, & ablativus Chao: quamvis Priscianus per secundam declinationem declinavit Chaus, Chai, &c. Virg. *lib.4. Georg.*

*Atque Chao densos divum narrabat amores.*

Ovid. 4. *Met.*

*Et noctem noctisque deos, Ereboque Chaoque Convocat.*

Dictum autem Chaos à *χέω*, fundo, quod fuerit fusio, i. confusio elementorum omnium. Antiquior quam chaos, *χάος ἀρχαῖος*, de re nimirum prisca & obsoleta.

Chärcäctus, adjectivum à Græco *χάρων*, *κος*, quod inter cætera vallum significat, sive pedamentum, cui vitis alligatur. Unde Characata vitis, quæ quo pacto fieri soleat, docet Colum. *lib. 5. cap.4.* Mox (inquit) quæ defixis arundinibus circummunitæ, per statamina calamorum materiis ligatis, in orbiculos, gyròsque flectuntur, eas nonnulli characatas vocant.

Chärcäctās, *χαρκαίος*. Plin. *lib.26. cap.8.* primum est tithymali genus, ramos habens digitali crassitudine, cujus semen cum melle decoctum, in usu est ad catapotia, hoc est, pilulas faciendas, solvendæ alui gratiâ. Hanc officinæ corrupto vocabulo *Catapuciam* vocant. Alia quoque Characias est (vulgò *Charancia*) quæ septi modo in hortis fenestrique per cancellos topiario opere digeritur. Sed de hac veteres nihil. Hermolaus *Corel.*

Characmoba, *χαρκαμβία*, vel Mobucharax, urbs est Palæstinae, τὸ ἰσ τὸ νῦν τριτὸς πηλιπίους. Inde deductum Characmobenus, & Mobucharacenus. Steph.

Chärcäctēr, signum, insigne, forma, figura. { תרצף } *tsuráf*, *תרה תבוא*. *χαρκακτή*. GALL. *Caractere, marque, figure, forme, façon*. ITAL. *Charattere, segno, figura, forma*. GERM. *Ein form/zeichen/bildmüß*. HISP. *Forma, estilo de dezir, señal*. ANGL. *A marke, signe, seall or print in a thing*. } Col. *lib.12. cap.2.* Nec minus majora quadrupedia caractere signari debent. Item caractere, Genus & figura dicendi. Gell. 17. *cap.14.* & in carmine, & in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quæ Græci *χαρκακτήρι* vocant. Cic. in *Orat.* Sed jam ipsa forma restat, & caractere ille, qui dicitur.

Chärcäctērismūs, *χαρκακτηρισμός*, Latine designatio: figura, qua orator vitas eorum, de quibus loquitur, deformat, ut apud Juvenalem,

— *Et calvo serviret Roma Neroni:*

id est, Domitiano.

Characterizo, est caractere & nota afficio atque insignio.

Chärcädrūs, *χαρκαδρῦς*, avis maritima magna, & ingluviola, quam aspicientes icterici, morbo liberantur, teste *Ælian. lib.15. cap.26.*

Alio nomine Icterus appellatur, & à Latinis Galgulus, ut existimat Plin. *lib.30. cap.11.* Charadrium imitans, *χαρκαδραίου μιμήδρῦς*, dici solitum de dissimulante, ac rem utilem occultante.

Charadra, *α, χαρκαδρα*, urbs Phocidis, non procul à Lilæa. Gentile Charadræus. Steph.

Chärcädrūs, *χαρκαδρῦς*. Ciliciæ fluvius est, à quo & lacus, & statio propinqua nomen sumpserunt. Papin. *lib.4. Thebaid.*

*Quæque parvet longa spumantem valle Charadron Neris.*

Est item Charadrus oppidi nomen, in ea Syriae parte, quæ Phœ-

nicia proxima est. Plin. *lib.5. cap.20.*

Characzion, tributum genus. Lex. gr. b. ||

Chärax, *χάρων*, oppidum est in intimo sinu felicis Arabiae situm, ab Alexandro magno conditum. Author est Plin. *lib.6. cap.27.* Est etiam hoc nomine emporium in Africa, ubi olim Carthaginenses vinum succo & silphio permutabant. Strab. *lib.17.*

Charaxaris scriptis. Gloss. Isid. h. c. à *χάρων*, insculpendi actio, impressio, verbum est *χαράσσειν*. ||

Chäräxūs, *χάρων*, fratres Sapphus poetrix, qui captus fuit Rhodopes meretricis amore, cujus causa opes suas omnes dilapidavit, & ad summam redactus inopiam, piraticam exercuit. Ovid. in *Epid. Sapphus*,

*Gaudet, & d'nostro crescit mærore Charaxus  
Frater, & ante oculos itque, reditque meos.*

Et paulò antè,

*Arsit inops frater victus meretricis amore:  
Mistaque cum turpi damna pudore tulit.*

*Factus inops agili percurrit carula remo,  
Quasque malè amisit, nunc malè quarit opes.*

Chares, *ἔτις, χάρης*, Atheniensium dux, ad promittendum facilis & promptus. Unde proverbium natum, *χάρητι & ἀπαχέσει*, id est, Charetis sollicitationes. Dici solitum ubi quis facile ac benigne promittit. Author Suidas. Fuit & Chares Lyndius statuarius Lyppi discipulus, qui Rhodi Solis colossus fecit. Author Plin. *lib.34. c.7.*

Chärädmūs, *χαρδάμω*, Dux fuit copiarum Chersobleptæ Thraciæ regis. Hujus frequens est mentio in oratione Demosthenis contra *Timocratem*.

Charäntimūs, { χαραινμός } GALL. *Plaisanterie & grace à parler*. ITAL. *Piacevolezza, civiltà nel ragionare*. GERM. *Höflichkeit, holdseligkeit vnd freundlichkeit in der red*. HISP. *Hermosura y gracia en razonar*. ANGL. *Plaisantness and good grace in speaking*. } Est urbanitas, lepos & venustas sermonis, à verbo Græco, *χαραινίζουσι*, quod significat iocor, facere cavillor. Sumitur etiam pro figura illa, quæ alio nomine *σφρημισμός* à Græcis dicitur, quia scilicet dura dictu mitius & gravius proferuntur: ut si roganti, An se quisquam quaesiverit, respondeas, Bona fortuna. Item si vixisse dicas, quem mortuum esse velis significare.

Chäräiläus, *χαρῖλαιος*, Lacedæmoniorum dux fuit, qui Tegeatas prælio domuit.

Chärīs, { ἡ χάρις } Latine gratia, festivitas, beneficium, munus. A quo charisma, *χάρισμα*, in eadem significatione.

Charisæ, *χαρῖσι*. Urbs Arcadiæ, ita dicta à Charisio Lycaonis filio. Stephan.

Charisius, *χαρῖσιος*, nomen cujusdam Grammatici, quem Priscianus citat. Fuit etiam hoc nomine Orator quidam Atticus, cujus meminit Cicero in *Bruto, lib.2.* Est & panis, seu (ut Suidas ait) plantulæ species.

Charistium marmor (quod hinc ut vitiose scriptum erat, ita perperam interpretatum.) Vide *Carustium*.

Chärästia, *χαρῖστια*, neutri generis & numeri pluralis. Festa vocabantur, quibus cognati conveniebant, & munera mutuò mittebant. Ovid. *lib.2. Fast.*

*Proxima cognati dixere Charistia chari:*

*Et venit ad socios turba propinqua deos.*

Valer. *lib.2. cap.1.* Convivium etiam solemnè majores instituerunt, idque Charistia appellavere, cui præter cognatos & affines nemo interponeretur.

Charistice, præbenda. Charisticarius, præbendarius. L. gr. b. ||

Chärästicōn, pro remuneratione apud Ulpianum in *l. divus Adrianus, ff. de bon. damnator*. Sed debent ad ea servari, quæ jure præsidum solent erogari: utputà Charisticon quibusdam officialibus, &c. Ita legit Haloand. Sed Vulg. habet *Carceraticum*: Florent. *Charitaticum*, quam lectionem tuentur ex Zonara Gloss. & Gothof. *ibid.* Charisticon tamen rectè accipitur pro præmio laboris.

Chärätās, & Charus: vide *Caritas & Carus*.

Chärätēs, *χάρων*. Gratia tres finguntur, Aglaia, Thalia, & Euphrosyne, Jovis & Eurynomes (ut in *Theogonia* tradit Hes.) aut Veneris, & Liberi filia: quas veteres nudas pinxerunt, quod gratias inter amicos minimè deceat esse fucatas. Tres autem ea ratione dicuntur, quòd una beneficium det, altera accipiat, tertia reddat. Pinguntur juvenes, ne beneficium memoria senescat. Ridentes, quòd hilariter dandum sit. Et quum duæ nos aspiciant, una pingitur aversa: quo significari volunt, quòd pro accepto beneficio duplex à nobis gratia debeat reverti. Nudæ etiam pingebantur, quia beneficia fucò debent carere, & nullo velamine obtegi. Item connexæ, quia insolubiles esse gratias decet, & beneficium aliud semper beneficium parere, perpetuumque amicitiaæ fœdus. Qui Veneris & Liberi filias arbitrantur (è quibus est Servius) hac moventur ratione, quòd horum præcipuè deorum muneribus gratia concilientur. Tradunt etiam eas in Achilao fonte, qui est Orchomeni Bœotiæ urbe, lavari: quoniam pura esse beneficia oportet, & nihil sordidum, nullamque spem retributionis habere. De his Mantuanus,

— *properate sorores*

*Gratia ab Orchomeno, tu primum Aglaia decora  
Latitium præte ore ferens, tecumque Thalia  
Cincta sacrum viridi strophio caput, Euphrosyneque  
Lata genas, lata os roseum, vaga lumina lata.*

Chärätōniūs, a, um, adjectivum, *χαρῖτάνιος*, interpretatur gratiam venalem habens. Unde propriè puellis convenit, quæ gratia sua ad quaestum & ad expilandos amatores abutuntur.

Chärämändē, *χαρμανδή*. Urbs est trans Euphratem, juxta portas Babylonias. Gentilia sunt Charmandæus, & Charmandites. Steph.

Chärämīs, *χάρμις*. Sardinia oppidum, Chartaginiensium opus. Gentile Charmites. Steph.

Chärämionē *χαρμιώνη* (ut scribit Plutarch. in *vita Antonii*) Cleopatra ancilla fuit, spontaneam domini mortem imitata.

Charon, *χάρων*, Lampasæus historicus, qui tempore primi Darii floruit. Scripsit *Æthiopica* libris duobus: item *Cretensia*, *Græcæica*, &



& alia. ¶ Charon, item Carthaginiensis historicus, qui Tyrannorum quotquot in Asia Europaque fuerunt: item illustrium virorum & mulierum vitas conscripsit. ¶ Tertius ejusdem nominis, Naucratica fuit historicus, qui de Sacerdotibus, Regibus, & gestis Aegyptiorum historiam scripsit.

Charōn, tis, χαρῶν, à poëta dicitur, qui animas defunctorum per tria inferni flumina, Acherontem, Stygem, & Cocytum, ad aliam ripam tranſvehit. { GERM. Der hellisch schiffman so die Seelen der abgestorbenen überführt. } De hoc Virg. lib. 6. *Aeneid.* Hinc ortum adagium, Charontis janua, χαράντιος θύρα, de imminente capitis periculo, sive de re magnopere tristi. Sic enim antiquitus appellabatur una è carceris januis, per quam damnati iudicium sententiis ad supplicium educabantur. Referunt Zenodotus, Hesychius, & Suidas.

Charonea, orum, χαρώνεια, regio Asiae est, ad Mæandrum fluvium, vicina Hierapoli, Chataci, Magnesia, & Myuntî, tetram habens cavernosam, putridam, & incendiis obnoxiam. Vide Strab. ad finem lib. 12.

Charonium, χαράντιον. Antrum est inter Tralles & Nysam, ubi ægroti solemnibus quibusdam superstitionibus à morbis liberari credebantur. Vide Strab. lib. 4.

Charondas, χαράνδας, cognomento Thurius, patria Catanæus, Atheniensibus leges quasdam tulit, quibus quum capitis pœnam statuisset in eos qui gladiis armati concioni interessent, imprudenter, ut rure veniebat, gladio accinctus in concionem produit: monitus deinde ab eo qui proximè affidebat, quum culpam dissimulare posset, gladio quo accinctus erat, incumbens, violatæ legis à se pœnas exegit. Valer. lib. 6. cap. 5.

Charops, χαρῶψ Homero *Iliad.* II. vir Troianus, Hippasî filius, & Soci frater, quos ambos uno die Ulysses interemit. ¶ Est nomen cuiusdam inter Epitotas primarii, qui Tito Quinto Flamini consuli Romano contra Philippum bellum gerenti favit. Author Plur. in vita ejusdem Flamini.

Charōpus, Latine amabilis, blandus, graciosus. { ἡ ἰδιότης χαρῶν. } GALL. Aimable, plaisant & gracieux. ITAL. Amabile, piacevole, gracioſo. GERM. Freundlich/lieblich/höflich. HISP. Hermoso, gracioſo à ver. ANGL. Gracious, aimable. } à χαρῶν, & ὄψ, ὄπος, aspectus: unde Charopus color, χαρόπων χροῖμα, qui dilutam habet viriditatem, igneo quodam splendore intermicantem: qualem in leonum oculis conspicimus.

Charta, { ἡ ἰδιότης χαρῶν. } GALL. Carte, papier, livre, ou feuille de livre. ITAL. Carta. GERM. Pappier. HISP. La carta ó hoja del libro. ANGL. Paper. } Cum ch aspirato, Papyrus in qua scribimus, proprièque ea, quam veteres ex papyri arboris cortice, & glutino præparabant, cujus species, variæque nomina, & præparandi rationem vide apud Plin. lib. 13. cap. 11. 12. & 13. Quamquam etiam latius Chartæ nomen postea cœpit extendi, ut etiam de iis dicatur, quæ ex membranis, linteis, aut alia quacunque materia conficiuntur.

Inceptis de te subtexam carmina chartis.  
Tibul.  
Nullus in hac charta versus amare docet.  
Ovid. *Eleg.* 1. lib. 3.  
Nec mallem mittere chartas.  
Tib. lib. 4. Ovid. *Eleg.* 7. lib. 4. *Trist.* Charta transversa olim epistola scribebantur. Suet. in *Cæs.* cap. 56. Idem. in *Nerone.* cap. 20. Plumbeam chartam supino pectore sustinuit. Plin. lib. 13. cap. 11. Chartam Alexandri Magni victoria repertam, author est M. Varro, condita in Aegypto Alexandria: antè non fuisse chartarum usum: palmarum foliis primò scripturatum, deinde quarundam arborum libris, postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici cœpta, aut ceris. ¶ Charta audientialis dicitur Marculpho lib. 1. form. cap. 28. quod per eam quis vocetur ad audientiam Principum. ¶ Charta plumbea est in Anastasio scutulum quadratum. Meursius. ¶ Per chartam possidere aliquid, est restamenti jure possidere. ¶ Charta virgo, quæ nunquam peperit, hoc est, quæ nondum transcripta est, dicitur à Martiale.

Custodit ipse virginis pater charta.  
Parere enim dicuntur chartæ, quum ex iis exempla sumuntur. ¶ Chartus, pro charta. Nonius ex Lucil. lib. 17. *Saty.* Lessius: Ubi nunc Græci? ubi nunc Socratici charti? quid quæritis. ¶ Item Charta, urbs Tyri dicta est, ex qua & Dido orta fertur, & ab ejus nomine à sese conditam urbem Carthaginem appellasse.

Chartēus, Chartulanus, & Chartaceus, a, um, quod est ex charta. { ἡ ἐκ χαρῶν. } GALL. Fait de carte, ou papier. ITAL. Di carta. GERM. Papeyrin / das von papeyr gemacht ist. HISP. Cosa de carta. ANGL. Made of paper. } Ulp. in l. *librorum* 52. in princip. ff. de leg. 3. Quod si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ, &c.

Chartārūs, a, um. Qui chartam præbet, aut vendit. Diomedes lib. 1. { ἡ ἐκ χαρῶν. } ANGL. Belonging to paper. } ut Chartariæ officinæ. Plin. lib. 8. cap. 10. Hoc ærariæ officinæ, chartariæque utuntur.

Chartosus, qui multas chartas habet. Diomedes lib. 1.

Chartūla, diminutivum. { χαρῶλον. } ANGL. A little piece of paper. } Hier. Volo in chartulis meis ineptias scribere.

Chartūlarī, sunt Justiniano, qui tabulis nomina recepta & impensa describebant. ¶ Eorum ordo triplex erat, in Ecclesia, palatio, exercitu. In Ecclesia diversi erant, pro numero ἡ ἐκ χαρῶν, h. e. eorum, qui secretis ecclesiasticis præfecti, ut erant magnus œconomus, magnus sacellarius, magnus scenophylax, chartophylax & curator sacelli. Qui in palatio chartularius, ὁ μέγας dicebatur, dignitatèque habebat proximam protostratori; præfectus cum eoque quibus Imperatoris. Chartularius in exercitu militem conquirebat conscribereque. Chartophylaces autem duo erant. Unus patriarchicus Ecclesiæ archiva servabat, custos sigilli patriarchalis, quod in pectore gestabat: alter œconomeio inferviebat, & tabulas ecclesiasticorum reddituum expensarumque conscribat ac curabat. Hæc ex Meurs. Gloss. Græcol. ¶

Chartaticum, merces quæ officialibus pro charta dabatur, eodem mo-

do quo Cerarium dicitur *Verrina* 5. quod pro cera pendebatur. Ea vox apud Zonaram observatur. ἐπιπέρας πρὸς ἀνάγκην ἐπιπέρας ἐπιπέρας πρὸς ἀνάγκην ἀπαστῆρος καὶ ἰατρῶν χαρτῶν, ἐπὶ τῆς νομῆς ἡ δὲ πρὸς ἀνάγκην. Ex Hotomanno.

Chartōphylāx, præfectus chartarum, qui tabulas habet chartaceas, ad jura Ecclesiæ pertinentes; chartarum custos, qui privilegia, & similia asservat, præfectus scriniorum, judex item causarum Ecclesiasticarum, & quæstionum matrimonialium, defensor in Clericorum causis, veluti manus summi sacerdotis dextera, sic enim appellat Codinus, ὡς δὲ ἐπὶ τῆς ἀρχιεπισκοπῆς καὶ.

Chartōphylacium. { χαρτοφυλάκιον. } ANGL. The treasury of monuments, a great officers house, as the chancery of the roles. } Scrinium est, conclave, vel ipsa etiam domus, in qua chartæ asservantur. Latini Tabularium vocant: nam φυλακὴ, custodia est, φυλάττω, custodio.

Chārūs, a, um, vide *Carus*.

Chārybdīs, χαρῦβδης, vulgò *Galafaro*, & Scylla, duo monstra sunt in freto Siculo, de quibus Virg. 3. *Aeneid.*  
Dextrum Scylla latus, laevum implacata Charybdis  
Obsidet.  
¶ Est autem Charybdis locus, sicuti scribit Salustius, juxta Taurominitanum littus, extatque fabula Charybdin mulierem fuisse rapacissimam, quæ quum Herculis vaccas rapuisset, à Jove fulminata est, & in hoc monstrum conversa. Tibul. lib. 4.  
Nec violenta suo consumpsit more Charybdis.  
Meminit & Ovid. *Eleg.* 3. lib. 5. *Trist.* Est igitur Charybdis mare periculosum nautis, quod contrariis fluctuum cursibus collisionem facit, & rapta quæque absorbet & rejicit. Ovid.  
Et vomit epotas sæva Charybdis aquas.  
Sen. ad Lucillum *epist.* 80. Scyllam saxum esse, & quidem terribilem navigantibus, optimè scio. Charybdis an respondeat fabulis, præscribi mihi desidero. Fac nos certiores, utrum uno tantum vento agatur in vortices, an omnis tempestas mare illud contorqueat? & an verum sit, quicquid illo freti turbine arreptum est, per multa millia trahi. Thucydides lib. 4. scribit esse fretum inter Rhegium mare & Messanam, à quo brevi spatio Sicilia à continente distat, & Charybdim appellatum. ¶ Evitata Charybdi in Scyllam incidi, τὸ χαρῦβδης ἐκφυγὼν τῆς Σκυλλῆς ἐπὶ τὸν οὐρανόν, hoc est, dum vito gravius malum, in alterum diversum incidi.

Charzania eadem sunt quæ ἰατρῶν, lora, corrigiæ, ferramenta, scuticæ, vulgò *Scartanea*.

Chāsmā, tis, Latine hiatus, fissura. { ἡ ἰδιότης χαρῶν. } GALL. Grande ouverture, comme un abysme ou autre gouffre. ITAL. Fessura, apertura. GERM. Ein grosser spalt / ein Ruffe. HISP. Hendeduya, ó abertura como de boca. ANGL. A great gaping or opening of the earth or firmament. } χαρῶν, Hio. Fit autem Chasma non solum in cælo, sed etiam in terra. Unde ait Jureconsultus de censibus, in l. forma, §. quare & si: Si agri portio chasmate perierit, debet per censitorem relevari. Ammianus eleganti vocabulo Chasmaticum appellat terræmotum, quo patefactis subito voratrinis, terrarum partes per hiatus absorbentur.

¶ Chasmatarius, ærarii præfectus. Lex gr. b.  
Chassa, vicus est Aegypti apud Strab. lib. 16. ¶

Chastanon, Xanthion, vel lappa, apud Diosc. lib. 4. cap. 139.

Chatramotites, χατράμοιτης, regio juxta mare rubrum. Strab. lib. 15. cives Chatramotitæ. Uranius Chatramotas vocat. Steph.

Chatti, populi sunt Germaniæ, non procul à Rheno. Plin. lib. 5. cap. 14.

Chattenia, χαττινία; nam in λάτῃ apud Steph. per duplex et scribitur: suo autem loco aliquoties per simplex t, quamvis ordo litterarum duplex postularet: sed hic sæpe negligitur: regio est Cheræorum, χαρῶν τῆς καττινίας, aspera altoqui, sed vicis & turribus instructa prope mare rubrum. Cives Chatteni.

Chaubi, Germaniæ populi. Strab. lib. 17.

¶ Chaviare, falsamentum. Lex gr. b. ¶

Chauni, χαῦνοι, populi Thesprotiæ. Plin. lib. 4. Thesalicotum, καττινίος χαῦνοι τε καὶ ἀσχινοίτις ἑλινοί. Steph.

Chavon, nis, χαῦων, regio Mediæ, unde Chavones. Idem.

Chazene, χαζῆνα, Satrapia juxta Euphratem Mesopotamiæ. Idem.

Chaus. { ἡ λυγροπάρητος. } GALL. Loup cervier. ITAL. Lupo cervai. GERM. Ein art von luchs / oder thier wolffen. HISP. Lobo cerval. } Lupi species est, pardorum maculas habentis, quem alio nomine lupum cervarium vocant. De quo Plin. lib. 8. cap. 19. ita scribit, Pompeii Magni primùm ludi ostenderunt chaus, quem Galli Raphium vocant, effigie lupi, pardorum maculis. Et paulò post eod. lib. cap. 22. Sunt in eo genere qui Cervarii vocantur, qualem è Gallia in Pompeii Magni arena spectatum diximus.

Chedra, Hippuris altera. Diosc. lib. 4. cap. 5.

¶ Cheiri, vel Keiri, vox Mauritana est, aliter Græca λευκός, i. e. alba viola dicitur, unde Cheirinus. Cheirinum oleum. ¶

Chēla, arum, { χαλῶν. } GALL. Les bras & parties de devant du scorpion. ITAL. Branchi di gambi di di granceole. GERM. Die schäven oder arm der freisen vnd scorpionen. HISP. Braços de scorpion ó de cangrejo. ANGL. The armes or forepartes of a scorpion. } Scorpionum & canctorum brachia, ita dicta à forficulis denticulatis, quas Græci χαλῶν vocant. Virg. 1. *Georg.*  
Quà locus Erigonen inter, chelâsque sequentes.  
Ambrosius de cancro loquens: Et periculosum est, inquit, si chelam ejus includat.

Chelandia, navigii genus.

Chelidōniā, sive Chelidonium, χαλιδόνιος, herba ab hirundinibus appellata, quæ Græcè χαλιδόνιος dicuntur. Eo enim avium genere adveniente, nascitur, & discedente extinguitur. Fertur etiam hirundines oculos pullis suis excæcatis ea herba restituere. Plin. lib. 8. cap. 17. & lib. 25. cap. 8. ¶ Chelidoniæ duæ sunt species, quarum major etiam hodie in officinis nomen retinet. { GALL. Chelidoine & esclere. ITAL. Celidonia. GERM. Schellwurrt oder groß schwalbentraut. HISP. Celidueña. ANGL. Chelidoine. } Minorem autem, quod strumens medeatur, quas Scrophulas nonnulli vocant, sive quod strumens



fam habeat radicem, Scrophulariam appellant. { GALL. *Herbe aux escroüelles, couillons de prestre.* ITAL. *Favosello.* GERM. *Ein gattung des Stotckenschnebels / so Gottes gnadt venant.* HISP. *Scrophularia minor.* } Chelidonia item vocatur Favonius ventus, à die sexto ante Februarias Idus, usque ad VII. Calend. Martias: eo quod iis diebus hirundines primum conspici incipiant. Author Plin. lib. 2. cap. 47. Est etiam Chelidonia gemmæ nomen, altera parte purpureæ, nigris interpellantibus maculis, altera hirundinis colorum referentis, unde & nomen accepit. De hac Plin. lib. 17. cap. 10. Item genus aspidis, ut Galenus author est. Chelidonia præterea inter ficorum genera recensetur. Plin. lib. 15. cap. 18. & Colum. lib. 10. Purpureæque chelidonia, pinguetque maifcæ.

Chelidonia, *χελιδονία* Steph. duæ sunt insulæ contra Chelidonium Tauri promontorium, pestilentissimi aëris, quarum altera Corydela dicitur, altera Menalippea. Circa has insulas anthias piscis maxima in copia capitur, ut est videre apud Plin.

Chelidonium, *χελιδόνιον*, unum est ex Tauri montis promontoriis. Plin. lib. 5. cap. 27. Taurus mons ab Eois veniens littoribus Chelidonio promontorio determinatur.

Chelonates, promontorium est Achaïæ, quod Ptolemæo Chelonita dicitur.

Cheloniæ, *χελωνία*, gemma est Indicæ testudinis oculo similis, quam magnorum vanitas tradidit linguæ impositam, futurorum divinationem præstare. Author Plin. lib. 37. cap. 10.

Cheloniæ, *χελωνίης*, insula est in sinu Arabico, apud Plin. lib. 6. c. 28.

Cheloniæ, vide *Chelys*.

Cheloniophagi, *χελονοφάγοι*, populi sunt in Carmania angulo, non alia quam testudinum carne vescentes, earumque testis casus tegentes. Tantæ enim magnitudinis apud eos proveniunt, ut singulæ singulis casis tegendis sufficiant, & navigantibus Chelonophagis scapharum usum præbeant. Vide Plin. lib. 6. cap. 25. & Strabonem lib. 16.

Chelydrus, *χελυδρῶς*. GALL. *Tortuë de mer.* ITAL. *Testudine marina.* GERM. *Wasser oder meerschneck.* HISP. *Galapago de la mar.* ANGL. *A tortois, a water snake.* Est testudo marina. Nam *χελυδρῶς* testudinem Græcis, & *ὕδωρ* aquam significat: quasi testudinem aquaticam dixeris. Sunt qui etiam pro ornamento muliebri accipi putent, citantes illud Juvenalis,

— donant arcana chelydros.

Quo tamen in loco alii cylindros legere malunt.

Chelys, *χελύς*. GALL. *Vne tortuë.* ITAL. *Testudine.* GERM. *Schneck.* HISP. *Galapago.* ANGL. *A tortois or snake, a lute.* Propriè est testudo animal, quamvis etiam pro instrumento musico accipitur, quod & Latini Testudinem appellant. Nam ex testudine prima facta est cithara à Mercurio, consumpta jam carne, sed superstitionibus nervis. Ovid. *ad Pison.* Pulsatur manibus Phœbea chelys. Canora chelys, Seneca.

Cheloniæ, *χελωνίων*. GALL. *La couverture de coquille d'une tortuë.* ITAL. *La scorza di sopra la testudine.* GERM. *Die schal oder das heuslin der schnecke.* HISP. *La cobertura del galapago.* ANGL. *The shell of tortois or snail.* Budæus, Testudinis tegumentum est. Nam testudinem Græci *χελωνίον* appellant.

Chemia, vide *Chymia*.

Chemnys, Pompon. Melæ, sive Chemmis, *χίμυς* Herodoto, insula est in quodam Ægypti lacu natans: quod omnino incredibile videtur, quum augurium Apollinis templum, & lucos sustineat.

Chemnizia, urbs Misniæ.

Chenæ, *χέναι*, urbs Laconia, à qua gentile Chenicus.

Chenilopæces, *χηνιλοπέκεις*, ex anserum sunt genere, quibus pro cibis lautioribus utuntur Britanni. Vide Plin. lib. 10. cap. 22. Est autem nomen *χηνίον* & *χηνίον*, hoc est, ex anseris & vulpe compositum: unde & Vulpanserem Æliani interpretes transtulit. Anserem enim specie, vulpem calliditate refert. Aquilæ & felis injuriam facile propulsat. Aucupi ad nidum accedenti obviam prodit, ut interim pullis elabendi spatium præbeat. Vide *Ælian.* lib. 15. cap. 51.

Cheniscus, *χηνίσκος*, Latinis anserculus est. Unde & puppis extremum, quod ornatus gratia ad anseris similitudinem effictum erat, Cheniscum appellavit. Apuleius, Puppis intorta chenisco. Lucil. in eo dialogo qui *αλοῖον*, ἢ *δύμη* inscribitur. ὃ ἢ ἢ *περὶ τῆς ὀπανέτης* καὶ *ἡρέμα* καὶ *μυλὴ* *χηνίσκου* *ἐπιχειρῆσθαι*. καὶ *ἀντικεῖν* ἢ *ἀνάλογον* ἢ *ἀποφῶν* *ὑπερβόλαι* *ἐς τὸ ἀπὸ τοῦ ἀπομηκνωμένου πῶ* *ἐπ' ἀντιμῶν* ἢ *καὶ* *θῶν* *ἐχέου* *πῶ* *ἰσὶν* *ἐκπερῶσθαι*: hoc est, Ut verò ipsa quidem puppis paulatim affurgit inflexo aureo chenisco ornata ( hoc est, inflexa, atque aureum anserculum supernè habens impositum) è regione autem æqua proportione prora prominet in anteriorem partem longè porrecta, cognominem navi deam Isidem videlicet utrinque additam habens. Idem in veris narrationibus: ὃ *π* *καὶ* *ὅν* *τῆ* *περὶ* *μυλῆς* *χηνίσκου* *ἄφω* *ἐπιχειρῶσθαι* *ἢ* *ἀποφῶν*: hoc est, Cheniscus enim (sive anserculus) qui ad puppim erat, repente alis plaudere cæpit, & clangorem edere. Formam chenisci vide apud Baysum *de re navali*.

Chenoboscia, *χηνοβωσκία*, urbs Ægypti è regione Diospolis, ab anserum, ut videtur, pascuis dicta, qui tamen illic nulli apparent. Hujus incolæ dicuntur Chenoboscia, qui circa crocodillos occupantur.

Chenoboscium, *χηνοβωσκίον*, locus ubi anseres, aliaque id genus nantes volucres aluntur, nam *χην*, *χηνός*, anser dicitur. Columell. lib. 9. cap. 14. Qui verò greges nantium possidere student, chenoboscia constituent.

Chenomychôn, herba ad cujus aspectum expavescunt anseres: aliis nominibus ea Nyctegrethum dicitur, & Nyctilops, eo quod noctibus luceat. Vide Plin. lib. 21. cap. 11.

Chenopûs, dis, *χηνόπους*, Latine anseris pes dicitur: quo nomine dicta est & herba, quæ habet effigiem anserini pedis. Plin. lib. 11. cap. 8. Ceras ex omnium arborum, satorumque floribus confingunt, excepta rumice & chenopode.

Chenotrophîa, *χηνοτροφία*. Nantium voluctum aviaria.

Cheopina (quod nomen adhuc manet integrum apud Gallos) mensura est liquidorum, dimidiæ pintæ (quam vocant) capax: ex eo di-

cta quod ea tantum funditur, vel hauritur vini, quantum homo sitibundus uno haustu ebibere possit. Pino enim Græcè significat bibo, unde & pinta. Quod verum est, si de cheopina Parisiensis intelligas. Cheo verò Græcè significat fundo, is. Budæus. *de asse*.

Cheops, sive Cheopes, Ægypti rex fuit, Mycerini pater, cujus opus est maxima totius Ægypti pyramis, ad quam faciendam denas hominum myriades in opere habuisse dicitur, & pro apio, cepa, & allio, mille sexcenta talenta expendisse. Author Herod. lib. 2.

Chephrem, Cheopis frater, Ægypti & ipse rex post fratrem. Author Herod. lib. 2.

Ceramides, genus lapilli pretiosi, qui (ut Strab. lib. ult. refert) in Mauritania campestribus nascitur. Plin. lib. 37. cap. 10. Ceramides eadem esset, quam Ostraciten vocant, nisi quod hanc ceruleæ interdum bullæ cingunt.

Cheredranon, Hippuris, apud Dioscorid. lib. 4. cap. 49.

Cherîa, à quibusdam appellatur Raphanus sylvestris, quem Latini Armoraciam appellant. Vide Ruell. lib. 2. cap. 123.

Cheressus, *χέρησος*, juxta Corinthum est. Steph. in *Cherroneso*.

Cherotrophium, hospitale viduarum. *χέρησος*, quasi *χέρης*, vel *χέρης* *σός*.

Cherrura, *χέρυρα*, urbs Lyciæ. Steph. in *Cherroneso*.

Cherronêsus, Syriæ civitas (quæ aliàs Apamea) Steph. Est item urbs in Cherroneso juxta Gnidum: civis Cherronêsus. Alia est Cherronesus Cretæ, cum oppidulo ejusdem nominis. Alia est Libyæ, Cherrura dicta, *χέρυρα*. Inde Cherrurius.

Cheressus verò, *χέρησος*, juxta Corinthum est. Est item Cherronesus promontorium in Lycia, alia juxta Corranitem urbem. Steph.

Chernites, *χέρνιτης*, lapidis genus est ebori simillimi, in quo defunctorum corpora condebantur. Plin. lib. 36. cap. 17. Mitior est autem conservandis corporibus, nec absumentis, chernites ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt.

Cherronêsus, *χέρησος*, quasi *χέρησος*, *δὲ* *τῆ* *χέρης* *καὶ* *νίος*: Terra est in insulæ modum mari cincta, uno tantum, eoque angusto spatio continenti adjuncta: Latini Peninsulam vocant. Quinque autem insigniores commemorantur Cherronesi, quarum celeberrima Achaïæ adhærens, Peloponnesus appellatur. Secunda, quæ à vicina continente Thracia dicitur, cujus Isthmus ab Occasu Melane sinu, ab Ortu Propontide abluitur. Tertia, quæ Saxoniz adhærens, à Cimbris, qui eam tenuerunt, Cimbrica appellata est: hodie Diana dicta, vulgò *Dinamarca*. GERM. *Denmark*. Quarta inter Pontum Euxinum, & Mæotiden paludem sita, à Tauris Scythiæ Europæ populis Taurica appellata. Quinta, quam Auream cognominant, in India sita supra Gangem, Ortum versus, juxta sinum quem magnum appellat Ptolemæus. Peloponnesus verò major celebriorque est, quam ut Cherronesi nomen admittat, quamquam & ipsa à nominis etymo fertur: Cherronesum Strabo nominat, & minoris Asiæ in nostrum mare procurfus, Cherronesus dictus bonis authoribus, ut scribit Vadianus.

Chersinæ, *χέρσιναι*, genus est testudinis terrestris, in aridissimis Asiæ desertis roscido humore vivens. Author Plin. lib. 9. cap. 10.

Chersidamas, *χέρσιδάμας*, vir Troianus, quem Ulysses in bello interemit, ut scribit Hom. lib. 11. *Iliad*.

Cherronesus, *χέρησος*, idem est, quod Cherronesus. Vide supra.

Chersydros, *χέρσυδρῶς*, serpens qui tam in terris, quam in aquis moratur: nam componitur ex *χέρησος* terra, & *ὕδωρ* aqua, quasi vivens in terra & in aqua.

Cherubus, *χέρυβ*, est alata imago, similis juveni.

Cheruscii, *χέρυκιοι*, populi Germaniæ circa Albim: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 14. GERM. *Die wölcker in Teutschland umb die Elb als da sind die Sachßen / vnd Meyßner*.

Chesion, *χέσιον*, oppidum Ioniz, unde Chesicus Ortus, in mase. gen. usurparus, non civitatem, sed locum esse dicit Steph.

Chia, *χία*, latibulum, caverna, ut serpentis: à *χῶ*, capio.

Chia terra, *χία γῆ*. Terra est albida, sive cineritia, Samia similis, quæ cutem erugat, totumque corpus amabili coloris bonitate commendat. Author Diosc. lib. 5. cap. 101.

Chia ficus, sive Chia absolute, *σῦκον χίων*. Fici species est, grato quodam sapore palatum pungens, vini que veteris, salisque saporem referens. Mart. lib. 7.

*Infanti melimela dato, fatuasque mariscas:*  
*Nam mihi, qua novis pungere, Chia placet.*  
Idem lib. 13.  
*Chia seni similis Baccho, quam Seria misit:*  
*Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.*

Chidnari, *χιδνάρι*, populi juxta Pontum, teste Orpheo in *Argon*.

Chidorus, fluvius est Macedonia, per Mygdoniam in Axium influens, unus ex iis qui à Xerxiano exercitu dicuntur fuisse epti. Vide Herod. lib. 7.

Chiliās, *χίλια* *ἐλεφ.* *χίλιος*. ANGL. *The number of a thousand*. Numerus qui mille continet. Chilia enim mille à Græcis dicitur.

Chiliarchus, qui mille hominibus præest. *χίλιάρχης*. GALL. *Colonnel de mille hommes d'armes.* ITAL. *Colonello di mille fanti.* GERM. *Ein herr oder hauptman vber tausend.* HISP. *Capitan de mil hombres.* ANGL. *A capitane over a thousand*. Græcis tamen scriptoribus, quoties de Romanorum militia sermo est, Chiliarchus accipitur pro Tribuno militari: quemadmodum in civitate Demarchus, *δημαρχῶς*, pro tribuno plebis: nam auctore Josepho, ordo in Romanorum militia hic erat, ut milites ad Centuriones, illi ad Tribunos, quos illi Chiliarchos vocant, manè convenirent salutarum. Hecatonarchi autem dicebantur Centuriones, qui centum militibus præerant. Pentecostarchi, qui quinquaginta. Decarchi, qui & Latinis Decuriones, qui decem militibus præerant.

Chiliophyllon, *χίλιόφυλλον*, herba est quæ notioribus nominibus Achillea & Militaris herba, *στράτωνική* dicitur. Chiliophylli nomen accipit à multitudinis foliorum.

Chiliodynamis, *χίλιόδυναμις*, Dioscoridi, Chiliodyne Plinio. Herba est quæ alio nomine *Ptolemonia* dicitur, à regum certamine, qui ejus inventionem sibi certatim vendicaverunt. Chiliodynamis autem à Cappadoci



Cappadocibus nominata est, propter varios in medicina usus. Plin. lib. 25. cap. 6.

Chilonēs, χιλώνες. ANGL. *Which hath great lippos.* Quibus immodica sunt labra, qui & à Latinis Labeones dicuntur: nam χείλη Græcis labrum est.

Chilo χίλων, Philosophus Lacedæmonius, unus ex septem Sapientibus Græciæ. Ejus (Plinio teste lib. 7. cap. 22.) tria hæc aurea præcepta fuerunt, Delphis in templo Apollinis consecrata: scilicet, Noscere teipsum, Nihil nimium cupias, Comes ætis alieni, atque litis, est miseria. Quin & funus ejus, quum victore Olympiæ filio, gaudio exspirasset, tota Græcia prosequuta est.

Chimæstrum, χιμαεστρον. ANGL. *A winter garment, à frize or surred garment.* Vestis est rusticorum, qua hyeme utuntur, δὲ χιμαεστρου, quod nobis sonat hyemem.

Chimæra, χίμαιρα, mons est Lyciæ ignivomus, in ejus cacumine leones habitant: in medio autem ubi pascuis abundat, capræ: in radicibus autem serpentes. Hinc factus est locus fabulæ, Chimæram monstrum esse, quod flammam evomat, caput & pectus leonis habens, ventrem autem capræ, & caudam draconis. Lucretius,  
*Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra.*

Ovid. 6. *Metamorph.*  
*Quoque Chimæra jugo mediis in partibus hircum,  
Pectus & ora lea, caudam serpentis habebat.*

Idem *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*  
*Nam quid de terico referam domitore Chimæra.*

Et quoniam Bellerophontes Glauci filius montem hunc habitabilem reddidit, Chimæram fingitur occidisse. Hæc ferè Servius in illud Virgil. 6. *Æneid.*  
*flammissque armata Chimæra.*

Plin. lib. 12. cap. 106. Flagrat in Phælide mons Chimæra, & quidem immortalibus diebus & noctibus flamma. Ignem ejus accendi aqua, extinguunt verò terra, aut sceno, Gnidius Ctesias tradit.

Chimæra, χιμαερα, urbs Siciliæ, cujus meminit Xenophon lib. 1. rerum Græcarum: gentile Chimæras. Steph.

Chimærinæ, Aizoum minus, apud Diose. lib. 5. cap. 92.

Chimerium, Pheiotidis mons in Thessalia, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 7. χιμαεριον Steph. promontorium Thesprotiæ. Gentile Chimericus.

Chimærinus, χιμαερινος, Græcis idem est quod hybernus, sive hyemalis. ANGL. *Belonging to winter.* Martial. *de Earino:*  
*Si daret autumnus mihi nomen, Oporinos essem:*  
*Horrida si bruma sydera, Chimærinus.*

¶ Hinc Capricorni Tropici, ad quem accedente sole dies brevissimi sunt, à Græcis Chimærinus appellatur: quemadmodum & à nobis Brumalis. Plaga quoque Australis habitabilis, à Cosmographis Chimærine appellatur. Duæ enim sunt plagæ orbis habitabiles: quæ à nobis incolitur, χιμαερινος nominatur: altera quam incolunt Antichthones, Chimærine, à nobis Hyemalis: quæ quòd ad Austrum deflexa sit, Australis quoque nuncupatur, quum nostra Septentrionibus supposita est.

¶ Chimæthum, χιμαεθλον, & χιμαεθλον, ulcus ex hiberno frigore, pernio, à χιμαε hyems.

Chiobæros, æqualis ponderis. Lex. gr. b. ¶

Chionē, χιονη, nobile scortum fuit, nomen habens à candore nivis: χιονη enim Græcè nivem significat. Juven.  
*Et dubitas alta Chionem deducere sella.*

In hanc extat festivum illud Mart. *Epigr. lib. 5.*  
*Digna tuo cur sis, indignaque nomine, dicam:*  
*Frigida es, & nigra es: non es & es Chione.*

¶ Fuit & Chione filia Dædalionis, cujus nuptias quum ob formæ elegantiam multi ambirent proci, tandem Pæonio Epidauriensi nupsit. Porro redeunte Mercurio à Cylleno monte, & Phæbo Delphis, ab ambobus visa est, qui statim ejus amore capti, quum separatim ejus concubitum petissent, Apollo in noctem distulit: Mercurius autem non expectata nocte eam caduceo tetigit, & in altissimum soporem alligavit, dormientemque vitiavit, & discessit. Deinde accedente nocte, Apollo accepta anas forma ad eam intravit, oppressitque: & sic ex utroque concepit, peperitque Mercurio Autolicam, de quo supra: Apollini verò Philammonem, qui cithara plurimum valuit. Postea quòd diis placuisset, superbia elata, ausa fuit se Dianæ ob pulchritudinem præferre, qua re mota Diana sagittis eam interemit.  
*Nota erat huic Chione qua dotatissima forma,  
Mille proci placuit, bis septem nubilis annis.*

Chius, χιος. Insula Ægæo noningentorum circiter stadiorum ambitu, Ionæ adiacens, inter Samum & Lesbium, in qua laudatissima nascitur mastiche. Hanc Ephorus prisco nomine Æthalam, Metrodorus & Cleobulus Chiam appellarunt, à Chione nympa, sive à nive: alij & Mactim & Piryusam. Montem habet Pellæum, & Marmor Chion: item templum Apollinis, qui inde Chius appellatur: & promontorium Arvisium, à quo Arvisia vina. ¶ Habet autem hoc nomen, quum primitivum est, penultimam correptam. Luc. lib. 8.  
*Quas Asine cantes, & quas Chius asperat undas.*

Sunt qui quadragesimam Chium esse putent: ut prima sit Chios insula, cum oppido ejusdem nominis: secunda Cariæ urbs sub monte Pellæo: tertia in Eubœa: quarta in Cherroneso Rhodiorum juxta Triopiam.

Chius, χιος. Tibul. lib. 2.  
*Nec mihi fumosos veteris proferte Falernos  
Consulis, & Chio solvite vincla cedo.*

Hæc insula protulit memorabiles viros, Ionem tragicum, Theopompum historicum, & Theocritum sophistam.

Chius Stephano, clarissima insula Ionum est, prope Erythras cum urbe ejusdem nominis, à Chio Oceani filia, vel à nive in ea abundante. Est & alia Chius urbs Cariæ, sub pede montis Pellæi. Et alia juxta Triopiam sita in Cherroneso. Quarta in Eubœa. Gentile, similiter & possessivum, Chiacus. Apud Chios primum fuerunt Therapontes, at apud Lacedæmonios Helores, apud Argivos Gymnesij,

apud Sicyonios Cotynephoros, apud Italos Pelasgi, apud Cretenses Dnoitæ. Item in Chio primum natum est vinum nigrum.

Chius pectunculus. Gell. cap. 16. lib. 7. Lagena, ubi solet vinum Chium esse. Plaut. *Cure. st. 1. a. 1.*

Chiragra, & cheragra, χιραγρα. GALL. *Douleur & goutte aux mains.* ITAL. *Gotta di mano.* GERM. *Das jupper de händen.* HISP. *Gota dolencia de las manos.* ANGL. *The goutte in the handes.* Morbus articularis, manus infestans. Mart.  
*Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est.*

Chirager, & Chiragricus, χιραγρας. ANGL. *That hath the goutte in the fingers:* qui chiragram patitur.

Chirembolum, χιριμβολον. Ulp. in l. 1. ff. *naut. caup. stabul.* Quamquam ipse vel navicularius, vel magister id faciat, quod Græci χιριμβολον appellant. Significat hæc vox manus immisionem, ut Alicantus in *parerg.* refert, qui arbitratur χιριμβολον dici signum quod magister navis in prora sedens dat, quum nautis imperat, ut aliquid faciant, seu aliquem recipiant. Verum quum hæc vox à se nusquam alibi lecta sit, admonet amplius quaerendum.

¶ Chiridotus, a, um, χιριδοτος, ἡ, δι, manuleatus, à χιρι manus. ¶

Chiridota, χιριδοτα. Tunica proluxa ultra brachia manus operiens. Alio nomine Macrochira dicitur. Uode Scipio Gallo homini delicato objecit, quòd cum chiridota tunica, id est, manicata accubuerit, ut refert Gell. cap. 16. lib. 7. Has vestes Plaut. vocat manuleatas. ¶ Dicta est autem Chiridota, δὲ χιριδοτα, hoc est, à manibus quas tegebat.

Chirocrates, χιροκρατης, Nomen architecti celebris, qui ab aliquibus Dinocrates dici solet. Plin. lib. 4.

CHIROGRAPHUM, χιρογραφον. GALL. *Ecrit, signé, ou cacheté de sa main, seing manuel.* ITAL. *Scritto di mano.* GERM. *Ein handschrift.* HISP. *Escritura de propria mano.* ANGL. *My own handwritt.* Est enim Chirographum generale nomen, quo etiam Sygrapha continetur. Sed Sygraphis cautio datur quasi creditarum pecuniarum: qua de causa falsum in eas facile referri potest, si creditas pecunias, quæ tamen non sunt creditæ, perscribatur: cum Chirographis aut facti obligatio continetur, aut acceptilatio. Hoc autem usus est Suet. in *Cæs. cap. 17.* & in *Calig. c. 24.* & in *Neron. cap. 52.* Item Gell. cap. 2. lib. 14. Chirographi exhibitione probari debere datam esse pecuniam, imitari chirographum. Suet. in *Aug. cap. 64.* Est quod nostra manu perscriptum in fidem alicujus. Alconius scribit Chirographa dici, in quibus tantum quæ gesta sunt scribi solent. In sygraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria voluntate hominum scribi solet. Juven.  
*Vana supervacui dicunt chirographa ligni.*

Cic. 3. *de nat. deor.* Id quoque L. Labienus facit, quum chirographum sex primorum imitatus est.

Chirographarius, adject. ut Debitor chirographarius, qui suo chirographo scripsit se debitorem in codice. Ulp. in l. si ut certo, §. idem denique, ff. *commodati.* Si tibi codicem commodaveris, & in eo chirographarium debitorem tuum cavere feceris, &c. ¶ Item Chirographarius creditor dicitur, qui sibi chirographo cavit. Paulus in l. pen. de *privil. credit.* Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. Opponuntur autem hi creditores iis qui hypothecarii dicuntur. ¶ Dicitur etiam chirographaria pecunia, quæ sine pignore ex chirographo debetur.

Chirogylium, insula est ante Lyciam, è regione Chimærae montis, de qua Plin. lib. 5. cap. 31.

Chirōmāntiā, χιρομανθια. ANGL. *Palme stria, telling of fortune by lines in the and.* In manibus divinatio, quæ ex linearum, quæ in manibus sunt, inspectione fieri solet, à χιρομανθια & χιρο.

Chirōnion, χιρωνιον, tertium panacis genus, ab inventore Chirone Centauro ita dictum, folium lapathum simile, florem aureum, radicem parvam habens. Plin. lib. 23. cap. 4. ¶ Est præterea Chironium herba eadem cum centaurio majore, ita dicta à Chirone Centauro, qui ea curatus esse dicitur, quum Hercules arma pertractando telum in pedem decidisset. Vide supra in dictione *Centauria.*

Chirōn, is, χιρων, Centaurus, Saturni & Philyræ filius, dimidia sui parte equus, reliqua homo. Fabulantur enim poëtæ, Saturnum quum Philyram Oceani filiam adamaret, ejusque frueretur concubitu, Opis uxoris interventu turbatum, subito se in equum convertisse. Philyram autem ex eo gravidam effectam, sortum peperisse, cujus anterior pars hominē, posterior equum referret, eumque Chironem nominasse: qui ubi primum adolevit, in sylvas sese contulit, ibique herbarum vires edoctus, in præstantissimum medicum evasit: à quo etiam Centurion herba nomen accepit, & Chironium ulcus, quòd maximè sit in pedibus & cruribus, duas habens oras calentes, tumensque dolore modico: sic dictum, quòd Chironis opem exigit. Et proverbialiter Chironium vulnus χιρωνιον ἔλκος, immedicabile malum appellamus: aut quòd Chiron immedicabile vulnus accepit in pede, unde & perit: aut quòd manum Chironis uli sanetur, exigit. Hic postea à Peleo & Thetide accitus, propter probitatem, peritiam, & justitiam, quibus cæteris multum antecellebat, Achillis pædagogus est factus, quem & citharæ artem, & herbarum usum docuit. Ab eodem & medicinam Æsculapius, & astologiam Hercules dicuntur accepisse. Postremò quum Herculem hospitio suscepisset, armaque ejus pertractaret, evenit ut sagitta quædam hydræ Lernææ veneno imbuta, illi in pedes decideret: Quod malum, quum nulla ope sanari posset, dirissimis cruciatibus conficiebatur, mori tamen non potuit, quòd utroque parente immortalis natus esset. Tandem quum à superis impetrasset, ut immortalitatem sibi morte liceret commutare, in cælum translatus est, ubi & sagittarii signum efficit. Meminit Plin. lib. 7. cap. 56.

¶ Chironius, a, um, χιρωνιον ἔλκος, ulcus Chironium: inveteratum, à Chirone uno ex Centauris. ¶

Chirōnīa vitis, χιρωνια ἄμπελος. Herba est similacis foliis, claviculis suis arboris vitis modo conscendens, pro semine acinos habens vix modo dependentes, initio herbaceos, postea nigricantes, radice



radice foris atra, Intus buxei coloris. Alio nomine Vitis nigra, ἀμπέλκιος μέλαινα, appellatur. Dicitur à Chitone inventa. Vide Plin. lib. 23. cap. 1.

**Chirōnōmūs.** ἡ χιρονόμος. GALL. Iouēur de moresques, ou celui qui apprend à mouvoir les mains & à faire la contenance. ITAL. Cirvo-  
catore di mano, danzatore di morescho con manare di mano.  
GERM. Der im danz mit den händen runderbare vnd vilerley bossen  
treibt. HISP. El que dança por personajes. ANGL. A morrishe  
dauncer. } Propriè qui inter saltandum manibus gesticulatur :  
quamvis etiam ad reliqui corporis gestus transferatur. Juven. sat. 6.  
Chironomum Iadam molli saltante Batillo,  
Tuccia vesica non imperat.

¶ Inde χιρονόμος Græcis idem est quod manibus gesticulari : cujus  
verbi participio usus est Juven. sat. 5.  
Structore interea (ne qua indignatio desit)  
Saltantem spectas, & χιρονόμου νότον volanti  
Cultello, donec peragat dictata magistri  
Omnia, nec minimo sanè discrimine refert  
Quo gestu lepores, & quo gallina secetur.

Ubi χιρονόμου τε dixit quasi manibus gesticulantem, certo quodam  
manuum gestu elcas dividentem.

**Chirōnōmīā.** ἡ χιρονόμια. GALL. Science de faire cestes des mains,  
moresque. ITAL. Morescho con menare di mano. GERM. Der seltzam  
bossen treyben mit den händen/oder ein abenteueriger bosschtiger bantz.  
HISP. Dança por personajes. ANGL. The art of playng morishes. }  
Manuum gesticulatio inter saltandum, vel saltationis quoddam  
genus, quod manuum gesticulationem habebat adjunctam : cu-  
jusmodi olim fuit Pyrrhica. Quint. lib. 1. cap. 19. legem gestus in-  
terpretatur : à χιρ manus, & νόμος lex : sunt enim manuum motus  
quidam præscripti, quibus saltantes utuntur : quod potissimum in  
Græcorum usu fuit. Apud Romanos autem, integris adhuc urbis  
moribus, saltatio in solo theatro exercebatur, & maxime pyrrhica.

**Chirōthēcā.** ἡ χιροθήκη. GALL. Gant. ITAL. Guanto. GERM. Handschuh. HISP. El guante. ANGL. A glove. } Ma-  
nuum vagina, quæ etiam manica, sive manutheca, & manipulus dici  
solet. Cic. in Philip. Solet enim citò ipse accipere manicas. Græci  
etiam Dactylotheccam vocant.

**Chirūrgūs.** ἡ χιρουργία. GALL. Chirurgien. ITAL. Cerusico. GERM. Ein wundartz.  
HISP. Cirurgiano, que cura con manos. ANGL. A sur-  
geam, a chirurgien. } Medicus vulner. i. us, à manu operatio-  
ne sic dictus. Mart. lib. 1.  
Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Dianulus.

**Chirūrgicūs,** a. um. χιρουργικός : ut, Ars chirurgica, Instrumentum chi-  
rurgicum. ¶ Chirurgicus, pro chirurgo. Cels. lib. 3. cap. 28. Chi-  
rurgicus Meges autor est.

**Chirūrgiā.** ἡ χιρουργία. GALL. Chirurgie. ITAL. Chirurgia. GERM. Die  
kunst der wundartzney. HISP. Aquella arte de curar con las manos,  
cirurgia. ANGL. The art of surgerie. } Licet nomen generale sit  
ad omnem artem, quæ actionem habet manuum cum cognitione  
conjunctam, propriè tamen dicitur de ea parte medicinæ, quæ sec-  
tione, vel uisione, aut alia quavis ratione, quæ manu administratur,  
morbos curat. Cic. ad Attic. Sed ego diata curari incipio, chirur-  
giæ ræder. ¶ Eadem & Chirurgice appellatur. Cels. in proœmio  
lib. 1. Medicina, Itidémque temporibus in tres partes medicina di-  
ducta est, ut una esset quæ victu, altera quæ medicamentis, tertia quæ  
manu mederetur. Primam Diæreticem, secundam Pharmaceuticem,  
tertiam Chirurgicem Græci nominaverunt. ¶ Chirurgia est scientia  
medicinæ altera pars, quæ per consuetas tum sectiones, tum ad-  
ustiones, & quæcunque alia manu fiunt, humana corpora restituit.  
Chirurgia quam sit vetustissimā, magis tamen ab illo parente omnis  
medicinæ Hippocrate, quam à prioribus exulta est : deinde postea-  
quam deducta ab aliis, habere professores suos cepit, in Ægypto  
quoque exerevit, Philoxene maxime autore, qui pluribus volumini-  
bus hanc partem diligentissimè comprehendit. Gorgias quoque  
& Softratus & Hieron & Apollonii duo, & Hammon, Alexand. mul-  
tisque alii viri, singuli quædam repererunt. Ac Romæ non mediocres  
professores, maximeque nuper Tryphon pater & Evelpistus, & ut  
ex scriptis eorum intelligi potest, eruditissimis magis, quibus-  
dam in melius mutatis, aliquantum rei disciplinæ adduxerunt. Ex  
Celfo.

**Chitone,** χιτων, vel Chitonia, apud Epicarmum, Diana est : scribit enim  
in sphyngæ τὸ τὸ χιτωνὸς ἀλλήσεσσι τίς μοι μίλον. Steph.

¶ Chius, cous, iactus intalo æquè damnosus, ac unio intessera. Deltrius. ||

**CHLAMYs,** ydis. ἡ χλαμύς. GALL. Manteau ou cape, ha-  
bit de gendarme au temps passé. ITAL. Sopraveste militare. GERM.  
Ein triegs-kleidung. HISP. Vestidura redonda como manto. ANGL.  
A cloke or a spanish cappe, a man of warre habite. } Propriè vestis  
militaris pallio brevior multò, ac strictior. Virg. 8. Æneid.  
— ipso agmine Pallas  
In medio chlamyde & pectus conspectus in armis.

Plautus, Puer cape chlamydem, & da pallium. Idem ad ornatum mi-  
litis ait, opus esse chlamyde, machæra, & petaso. Similiter Jul. Pol-  
lux inter apparatus militares numerat chlamyda. Jureconsulti verò  
inter vestimenta puerilia numerant chlamydes. Unde Ulp. in l. ve-  
stis, ff. de auro & argento legato. Puerilia sunt quæ ad nullum alium  
usum pertinent nisi ad puerilem : veluti togæ, prætextæ, aliculæ,  
chlamydes, pallia quæ filii nostris comparamus. Macrobius, Vete-  
res, inquit, omnem habitabilem terram extentæ chlamydi similem  
esse dixerunt. Hoc dicit significans similitudinem ejus arctam esse.  
Budæus. A Numa Romanorum rege chlamydem repertam Suidas  
author est. Quidam deducunt à χλαμύς, tepefacere. Tuam nec chla-  
mydem, nec pallium do utendum, Plaut. Men. sc. 2. a. 4. Quanti con-  
ducta est ( de chlamyde.) Idem Pseud. sc. 7. a. 4. Quaratis chlamy-  
dem hanc & machæram, unde ad me pervenerit ( loquitur miles.)  
Idem Curc. sc. 2. a. 5. Chlamyde est opus, machæra & petaso ( ad  
exornandum peregrinantem sup. ) Idem Pseud. sc. 4. a. 2. ¶ Chla-  
my: purpurea, insigne olim Imperii. ¶ Chlamyda, pro Chlamyde,  
apud Apul.

**Chlāmydātūs,** adjectivum, qui est chlamyde indutus. ἡ χλαμυδαίτης.  
ANGL. That weareth a spanish cappe or cloke. } Plaut. in Pseud. sc.  
2. a. 4. & sc. 7. a. 4. sapius. Quis hic homo chlamydatatus est? aut unde  
est? aut quem quaritat? GALL. Cotte d'arme, cappe.

**Chlamyda,** diminut. χλαμύδιον. ANGL. A little cloke vistle a hood  
or spanish cloke. } Idem, Tu sume chamydulam.

**Chlānā,** ἡ χλαμνα, vestimenti genus, quod palliis, hyberno præsertim  
tempore, superinduebatur. Latinis Læna appellatum. Unde natum  
est apud Græcos proverbium, ἐν ἡμέραις τῶν χλαμνῶν καὶ ἀπὸ τῶν  
μὴ καὶ ἄλλων τῶν ἀσθενείων χαμυδαί, hoc est, Æstate lænam deteris.  
In eos dici solitum qui alieno tempore rebus necessariis abutun-  
tur. ¶ Dicta est autem Chlāna, ut putatur, ἀπὸ τῆς χλαμνῆς, hoc est,  
à calcaciendo, propterea quòd densitate sua & pondere gestantes  
calefaceret.

**Chlamydia,** χλαμυδία, vulgò Sdiles, insula est maris Ægæi, una Cy-  
cladum, quæ notiore nomine Delos appellatur. Author Plin. lib. 4.  
cap. 12.

**Chlorion,** χλωρίων, avis est lutei coloris, perpetuas cum corvo inimi-  
citas exercens, altero alterius ovis insidians. Vide Plin. lib. 10.  
cap. 29. & 74.

**Chloris,** χλωρίς, florum dea, eadem cum ea, quæ à Romanis Flora  
dicta est : quæ quum Zephyro nupsisset, à marito muneris loco  
impetravit, ut florum omnium haberet potestatem. Ovid 5. Fa-  
storum.  
Chloris eram, qua Flora vocor.  
De hac Claudianus de raptu Proserpina. Catull. de com. Beren. (sepe)  
Obtulit Arsinoæ Chloridos ales equus  
Ipsa suum Zephyritis ed famulum legarat.

¶ Fuit & Chloris quædam Amphionis & Niobes filia, quæ Neleo  
nupsit, & ique Nestore, aliisque complures filios peperit. Hæc  
postea ob matris superbiam, quæ se Latonæ præferre non verebatur,  
unà cum fratribus & sororibus, Apollinis & Dianæ telis fuit inter-  
fecta. Fabulam refert Ovid. 6. Metam.

**Chlorites,** χλωρίτης, gemma est herbacei coloris, quæ in scyllæ avis  
ventre inveniri creditur. Hanc Magi ferro includi jubent, tan-  
quam ad prodigiola quædam miracula utilem. Vide Plin. lib. ult.  
cap. 10.

**Chlorus,** fluvius est Ciliciæ Provinciæ, cujus meminit Plin. lib. 5.  
cap. 27.

**Chōā,** sive Chus, χόα ἢ χύς, mensuræ genus fuit apud Græcos, Roma-  
num capiens congium, hoc est, sextarios sex, sive cotylas Atticas  
duodecim. Vide Budæum de asse.

**Choaspites,** χαασπίτης, gemma est viridis, auri fulgore intermicante :  
ita dicta à Choaspi fluvio, in quo invenitur. Authore Plin. lib. 37.  
cap. 10.

**Chōāspis,** χόασπις, Medorum fluvius, ad fines Persidis in Tigri de-  
fluens, cujus aquæ sunt tam suaves, ut finitimi reges non alia aqua  
ad pocula utantur. Tibull. lib. 4.  
Nec quæ vel Nilus, vel regia lympha Choaspis Profluit.

**Choatrat,** populi sunt ad Mæotim. Plin. lib. 6. cap. 5.

**Chobar,** χεβάρ. } proprium nomen fluminis esse videtur, sed quia  
sonat, Grave fuit & prævaluit, quidam volunt Tigri & Euphra-  
tem & omnia magna & gravissima flumina, quæ in terra Chaldæo-  
rum esse perhibentur, significare.

**Chochæ,** χόχη, vicus juxta Tigridem fluvium, cujus meminit Artia-  
nus lib. 10. Gentile Chochenus, & Chochæus. Steph.

**Chæ,** χαι, populi Asiae prope Bechiros. Hecataeus, χαισὶ δὲ ἐμὲ πίεσις αὐτῶν  
ἵλασις αὐτοῦ Διὸς ἔστι. Steph.

**Chærades,** χερσάδης, urbs Mosynæotum. Gentile Chæradeus. Steph.  
Sunt & scopuli marini circa Hellespontum.

**Chænoix,** icis, χαινῆξ, nomen mensuræ duos capientis sextarios. Hac  
mensura servis olim frumentum in cibum admeticbantur domini.  
Unde Pythagoreum ænigma est, Super chænice non sedendum, hoc  
est, per inertiam & otium alienum cibum non esse sectandum, sed  
sua quemque industria sibi vitæ necessaria debere parare.

**Chænicium,** χαινικός, instrumentum est chirurgorum, quo minora ossi-  
cula extrahunt. Latini Modiolum vocant. Cels. lib. 8. cap. 3. Excidi-  
tur verò os duobus modis : si parvulum est, modiolo, quem χαινί-  
κον Græci vocant : spatiosum terebris.

**Chærades,** ἡ χερσάδης. GALL. Escroüelles. ITAL. Scrofole. GERM. Tropf.  
HISP. Lamparones. ANGL. The kings evill. } Nihil aliud sunt quàm  
indurati adenes in collo præcipuè, in alis & inguinibus nascentes :  
Latino vocabulo Strumæ appellatæ. Chærades autem dictæ videntur,  
ἀπὸ τῆς χερσῆς, hoc est, à suis, qui hoc malo peculiariter in-  
festantur.

**Chærilūs,** χερσίλος, Poëta fuit Samius, servili conditione natus, qui  
quum ex Samo Athenas profugisset, ab Herodoto Historico excep-  
tus est, & institutus. Scripsit Atheniensium victoriam contra Xer-  
xem : cujus carminis nomine in singulos versus singulos accepit  
aureos stateres. Scripsit & gesta Lysandri Lacedæmoniorum ducis  
(cujus in expeditione comes erat) ut in vita illius tradit Plutar-  
chus. Horatius author est, etiam Alexandri Magni gesta scripsisse  
Chærilum, & pro singulis versibus singulis Philippiis fuisse dona-  
tum. Sic enim scribit lib. 2. Epist.  
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille  
Chærilus incultis qui versibus, & malè natis  
Retulit acceptos, regale nomisma, Philippos.

Sunt qui tradant Alexandrum hac lege cum Chæriilo pepigisse, ut  
pro singulis bonis versibus singulos acciperet Philippos, pro singulis  
autem malis singulos colaphos : opere autem perfectò vix septem  
fuisse inventos qui possent probari. Fuit & alter Chærilus, poëta  
tragicus. Utriusque meminit Suidas.

¶ Choicus, terreus. Epiphan. contra Psychicus, spiritualis. Tertull. ||

**Cholargus,** χολαργός, vicus est in agro Athenicenti, tribus Acamantidis.  
Stephan.

**Cholas,** lapis est ex genere smaragdorū, quem Juba tradit in Ara-  
bia ædificiorum ornamentis includi, referente Plinio lib. 37.  
cap. 3.



Cholidochus, χολιδόχος, sc. ὄστis, vesicula fel recipiens, χολιδόχος ὄστis. || & Cholidochium, fellis receptaculum.

Chōlēra, ἡ χολέρα, GALL. Cholera. ITAL. Colera. GERM. Ein Franckheit die von der Gallen hetkomt. HISP. El humoy colera. ANGL. Cholera. } Morbi genus est præcipitis, in quo vomitus, & dejectio simul fiunt. Corn. Cels. lib. 4. cap. 11. Primò faciendâ est mentio cholera, quia commune id stomachi atque intestinorum vitium videri potest. Nam simul & dejectio & vomitus est, præterque hæc inflatio est: intestina torquentur: bilis supra infraque erumpit, primum aquæ similis: deinde ut in ea recens caro lota esse videatur: interdum alba, nonnunquam nigra & varia. ¶ Accipitur pro bile, χολε. Lamprid. Alexander, inquit, Cæsar judices, qui furtorum fama laborassent, si casu aliquo videret, commotione animi & stomachi choleram evomebat.

Chōllāmbi, χολλιάμβοι, qui & Scæzontes dicuntur, dicti quasi claudi Iambi. Græci enim χολλόν claudum dicunt. Versus sunt Iambici trimetri, nihil aliud à rectis Iambicis distantes, quàm quòd in quinta semper habeant iambum, in sexta verò spondæum.

Cholobereñe, χολοβερτιώνη, Armeniæ pars, quæ Tigrani paruit.

Choloberenus, Gentile est, χολοβερτιώης. Steph.

Collidæ, κολλίδαι, vicus in Leontide tribu: tribulis Chollides, apud Laërtium Chollidæus. Steph.

Cholopæon, Abiotonum, apud Diosc. lib. 5. cap. 27.

Cholontichos, χολόντιχος, urbs Cariæ, gentile Cholontichites. Stephan.

Chōmā, τis, neut. gen. { ἡ χόμη solelah. χόμη. ANGL. A ditch, a fence. } Agger, sive tumulus. Budæus in Pandectas, Chomata sunt aggeres, qui terra aggesta facti sunt, quibusque Nili aqua coëctetur. Ulp. de extr. crim. l. sacularii. In Ægypto qui chomata rumpit.

Chōmpsō, χόμψος, insula Nili inter Æthiopiā, & Ægyptum: cujus meminit Herod. lib. 2. Gentile est Chompsætes, χόμψοις.

Chōndrōs xiphoides, χόνδρος ξιφοειδής. A medicis appellatur corpus quoddam cartilagineum, quod ab extremo pectoris osse dependet, ventriculi orificio superiori respondens, ita dictum quòd acuminatum sit, & gladioli figuram quodammodo imitetur.

Chondulæ, sunt secretaria duo, quæ erant in Apfide.

Chōndrōs, ἡ χόνδρος. GALL. Cartilage, tendon, ou tendrillon. ITAL. Cartilagine, tenerume, come à quel de l'orechi. GERM. Knorpelbein. HISP. Tenilla. ANGL. The gristle. } Græcis est pars similis in corpore animalis, ex semine generata, mediam inter ossa & carnem duritiem obtinens, quam Latini Cartilaginem vocant.

Chone, χώνη, urbs Ennotrorum, cujus Strab. meminit. lib. 7. & regionem appellat Chonen: incolæ Chones, & Chonii. Steph.

Chōrāgīum, Choragus, Choraules, vide Chorus.

Chōrāimnāi, χοροίμναι, genus quoddam hominum sylvestre in Perside, tantæ velocitatis, ut cervos comprehendant cursu. Steph.

|| Coraphobrysis, fons rurestris. Gloss. gr. b. ||

Chōrāimīe, es, χοροίμη, urbs Parthorum, Orientem versus: cujus incolæ Choralimii commemorantur ab Herodot. lib. 3. in catalogo Xerxiani exercitus.

Chōrdūs, a, um, quod serotina foetura natum est. { ὁ χορδύς. } ut, Chordi agni, qui post tempus debitum nascuntur, quos vulgus vocabulo inde deducto, Chordiscos vocat. Varr. lib. 2. de re rust. cap. 1. Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur & remanserunt in volvis intimis: vocant χορδύς: deinde chordi dicti. Plin. lib. 8. c. 47. de ovibus loquens: Gerunt diebus partum c. l. postea concepti invalidi: Chordos vocabant antiqui post id tempus natos. ¶ Dicitur & de hominibus: unde plerique serius nati Chordorum cognomen traxerunt. ¶ Unde Chordi cujusdam Cremerii meminit Suetonius: item alterius Julius Capitolinus in vita Gordianorum. Quintil. lib. 1. à diligenti præceptore exigit, ut nominum origines curiosè scrutetur, cujusmodi sunt Agrippa, Opiter, Chordus & Posthumus. ¶ Transfertur & ad inanimata: unde Chordum scænum dicitur, quod autumnò secatur. Columell. lib. 7. cap. 3. Aluntur autumnali scæno, quod Chordum vocatur. ¶ Sic & Chorda frumenta dicuntur, quæ serò marescunt. ¶ Apud plerosque animadvertimus, Cordum scribi sine aspiratione: quæ tamen scriptura repugnat etymo, quod paulò antè è Varrone adduximus.

Chōrdā, a, funiculus in instrumento musico, fides. { ἡ χορδή. } GALL. Corde à instrument de musique. ITAL. Corda de li instrumenti musicali. GERM. Ein saiten. HISP. Cuerda. ANGL. A chorde in a musical instrument or a string. } Cic. 3. de Orat. Nam voces, ut chordæ, sunt inventæ, quæ ad quemque tractum respondeant, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva. Ovid. 5. Met. Calliope querulas pratentat pollice chordas, Atque hæc percussis subjungit carmina nervis. ¶ Eadem obertare chorda, proverbialiter dicuntur, qui vel in simili re crebrius peccant, vel culpam eandem iterum atque iterum committunt. Horat. in Arte poet. Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

Chōrdāpsūs, ἡ χορδάψος. GALL. Iliaque passion. ITAL. Dolor di viscere di fianco. GERM. Die tranckheit des grimmens in den dârmern. HISP. La colica dolencia. ANGL. Torment or gripping of the entrailles. } Morbus est intestinorum, quem Latini ab ilibus Iliacum vocant. Eadem etiam ratione à Græcis χορδαψος vocatur πνεύματι χορδαψος: ita enim intestinum vocant, quod peculiariter hoc morbo infestatur.

Chōrēā, a, Choraules, Choreuma: vide Chorus.

|| Choreus, χορεύς, ita dictus quòd eo pedis genere conscripti versus choris, seu choreis apti essent.

Chorepiscopus, olim dicebatur, qui in pagis, aut oppidulis curam animarum gerebat loco Episcopi: à χορῆς locus, quia loco Episcopi erat. ¶ Quidam tamen Chorepiscopi erant Episcopi in aliena dicecesi ministrantes.

Chōriāmbūs, χοριάμβος, pes ex prima & ultima productis, duabus me-

diis brevibus constans: ut filiolis, dictus Choriambus, quòd ex choreo, hoc est, trochæo, constet, & iambo.

Chōriācūs, Rutuli cujusdam nomen, ab Asila Trojano interempti, apud Virg. lib. 9. Emathiona Liger, Chorinaum sternit Asilas.

Chōrīūs, sine Choreus, χορεύς, pes, qui alio nomine dicitur Trochæus, constans ex duabus syllabis, prima longa, & secunda brevi: ut Musa.

Chōrōbātēs, χοροβάτης, Est regula longa circiter pedes xx. quæ habet transversaria, aquarum librationibus dicata, ut est videre apud Vitru. lib. 8. cap. 6.

Chorocitharista, Chorodidascalus, Chorostates: vide Chorus.

Chorodanon, Spondylon apud Diosc. lib. 3. cap. 88.

Choræbūs, Atheniensis quidam, qui primus figlinam invenit, ut restatur Plin. lib. 7. cap. 57. ¶ Est item Choræbus adolescentis nomen apud Virg. 12. Æneid. cui Priamus Cassandram filiam suam desponsarat: qui etiam suprema illa nocte, qua Ilium cecidit, à Græcis fuit interfectus. Hunc Euphotion stultum inducit: quem etiam sequutus Virgilius, sententiam ei tribuit, sanæ mentis homine indignam, Dolus, an virtus, quis in hoste requirat? Turpissima enim victoria cenferi debet, quæ dolo quaeritur.

Chōrōgrāphā, χορογραφία, regionis alicujus particularis descriptio: Geographia verò, est totius terrarum orbis descriptio. ¶ Hinc fit Chorographus, regionis alicujus descriptor.

Chōrōvs, i. ἡ χορὴ μαχόβ. χορῆς. GALL. L'assemblée des dances. ITAL. Core, multitude di quelli che cantano che risaltano. GERM. Ein viele deren die singen oder tanzen. HISP. Corro, compañía de personas que dançan à baylan. ANGL. A companie of dauncers. } Propriè multitudo est canentium, aut saltantium. Nam multorum vocibus, & conventu constat, ut Seneca epist. 85. & Macrobius tradunt. Et apud prisicos ex servis symphoniacis comparabatur. Unde apud Jureconsultos in l. si chorus 79. D. legat. 3. Si chorus legatur, perinde est ac quasi singuli homines legari sint. Quique prius mollem, vacuumque laboribus egi In studiis vitam, Pieridumque choro.

Ovid. Eleg. 3. lib. 5. Trist. Vult sua plebeio sacra patere choro (sup. turbæ meretriciæ.) Idem 5. Fast. Ducis supremos Nania nulla choros (de funere.) Idem 6. Fast. Connexa hæc quodam choro. Quintil. ¶ Et à χορῆ (secundum Platonem lib. de legib.) quæ est latitia, deducitur. Festus à corona derivat, habetque primam correptam. Virg. 6. Æneid. Illa chorum simulans, & ovantes orgia circum Ducebat Phrygias. Ubi Servius, Chorum, hoc est, multitudinem in sacra collectam, Idem 1. Georg. Omnis quam chorus, & socii comitantur ovantes. Ubi rursus Servius, Chorus propriè est coævorum cantus atque saltatio. ¶ Transmittitur & ad res incorporeas, sumiturque pro consentienti rerum aliquarum multitudine. Cic. 3. Offic. Potest igitur quicquam utile esse, quod sit huic talium virtutum choro contrarium? Hieronymus ad Dardanum scribit, Chorum esse musicum instrumentum ex simplici pelle, cum duabus cicutis æris, quòd per primam inspiratur, & per secundam sonus emittitur. ¶ Inertium chorus, χορῆ ἄνευ χορῆς. De cætu lascivientium dicebatur. ¶ In alieno choro pedem ponere, ἐν ἀλλοτρίῳ χορῆ πηδάλειν: est sese miscere negotiis alienis, & aliorum sibi vindicare partes. Extra chorum saltare, ἐκ τοῦ χορῆ ὀρχεῖσθαι, dicitur qui dicit, aut facit à re quam proposuit alienum aliquid. Etenim qui choros agunt, certis limitibus, certisque numeris adstricti moventur, ut liberum non sit quòd liber evagari. ¶ Chori pro aciebus. Virg. 5. Æneid. Olli discurrere pares, atque agmina terni Diductis solvere choris. Servius. Plaut. Capt. prolog. Planè iniquum est Comico choragio & fieri in scena præliam. Thymelicum choragium. Apul. Apol. 3. Chōrāgīum, ii, ἡ χορηγία. GALL. Le lieu où est l'équipage des joueurs de farces, comedies ou tragedies, leur ornement ou appareil. ITAL. Ornamento, apparecchio da representare comedia à tragedia. GERM. Das ort, der play, oder die rüstung zu einen tanz oder schawes spyl. HISP. Cierta instrumento para la danza, à lugar donde se visten los comediantes. ANGL. Stuff where with the places of enterludes or ardoned. } Propriè ædificium amplum post scenam, unde promebantur omnia ad ludos necessaria. Vitruvius lib. 5. Post scenam porticus sunt constituendæ, uti quum imbres repentini ludos interpellaverint, habeat populus quòd se recipiat ex teatro: choragiæque laxamentum habeant ad chorum parandum, uti sunt Porticus Pompeianæ. ¶ Festus Choragium interpretatur, ipsum scenicum instrumentum, quo scena instruitur & apparatus: cujus præfectus dicitur Choragus, χορηγός. Plaut. in Trinummio. Ipsa ornamenta à Chorago hæc sumpsit suo periculo. ¶ Transfertur item Choragium ad quemlibet alterius rei apparatus. Author ad Heren. lib. 4. Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur. Apul. lib. 5. de Asin. Jam fetalium nuptiarum miserrimæ virgini choragium struitur. ¶ Dictum Choragium à verbo Græco χορηγῶ, quòd est supposito, subministro.

Chōrāgūs, i, ἡ χορηγία. GALL. L'entrepreneur des jeux publics, celui qui fournit tout, & meine la dance. ITAL. Chi ha cura di giuochi publici, chi mena la danza. GERM. Der ein offen spyl oder dantz sūnt, ond regierr. HISP. El guindor de corro à danza. ANGL. A fretter fort of playes, a leader of the daunce. } Dux chori & suppositor instrumenti ludici, & expensarum, inquit Budæus. Plaut. in Pers. sed ἄνευ ornamenta: τ. abs chorago sumito. Idem in Cure. se. 1. a. 4. Ornamenta quæ locavi, metuo uti possim recipere (sunt verba Choragi.) Suet. in August. Quum primum istorum conduxit mensa choragum, Sexque deos vidit, Mallia sexque deas. Chōrāulēs, vel etiam Choraula. ἡ χορηγία. GALL. Celui qui



qui sonne la fleute aux jeux, menestrier qui fait dancier au son de fleute. ITAL. *Suonatore de instrumenti, come piffari*. GERM. Ein spielmander zu dem tanz pfeiff. HISP. *El que tañe en el corro ò en la dança*. ANGL. *A ministrall piper, or fluter*. } A choro & tibiis dicti sunt, qui modulantur ad choros, vel qui in choro fistulas inflant: } *χορὸς* namque chorum & tripudium significat; *αὐλὸς* verò fistulam, seu tibiam, unde Choraulæ dicti, quòd tibiis ad choreas canunt. Mart. lib. 11.

Non sit quum citharædus, aut choraules.  
Plin. lib. 37. cap. 1. Præterquam Ismeniam choraulem, fulgentibusque uti solitum. Apuleius, Erat quidam juvenis satis corpulentus choraula doctissimus. Juven. Satyr. 6.

Accipis uxorem de qua citharædus Echion,  
Aut Claphyrus fiat pater, Ambrosiusque choraules.  
Vide Suet. in Ner. cap. 54. & cap. 12. in Calp. } Choraules monumentarii, ἰσμενίαι αὐλῆται, sunt tibicines qui ad sepulchra defunctorum canebant, quales præci Sicicinas vocant, qui apud sitos, id est, defunctos canunt.

Choraula, jocularius. Jocularium dixit verbo illius seculi, qui & idem cum jocularator. Sic autem vocant Græci recentiores, tubicines, cymbalistas, & omnes id genus artifices, quos etiam hodiè que jocularatores vocamus. Ita igitur vocare potuit Iliodorus choraulam tibicinem, qui ad chorum canebat: potuit nihilominus & jocularium appellare, qui ad tibiam saltat, & gesticulatur. Choraules dicitur qui ad tibias saltat. Petronius Satyrice,

Manu puer loquaci  
Egyptius choraules.  
Propertius ita describit Nanum choraulam:

Nanus & ipse suos breviter contractus in artus,  
Iactabat truncas ad cava buxa manus.

Jactare manus ad cava buxa, nihil aliud est, quàm saltare ad tibiam. Choraulæ, χορῶλη, appellatur ars tibicinum. Unde Strabo culpatur Prolemæum Egypti regem, quòd præter alia flagitia etiam choraulam exercuerit.

Chorèa, α, ἡ χορῆα mecholáh. χορεία. GALL. Dance. ITAL. Ballo. GERM. Ein tanz. HISP. Dança ò bayle. ANGL. A daunce where many dance together. } à χορῶν, salto, pro ipsa saltatione usurpatur. Virgil. 6. Æneid.

Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt.  
Idem,

Immemores nostri festas duxere choreas.  
Choreis, ballationibus: Benedictus Lebita lib. 6. cap. 193. Illas verò ballationes, & saltationes, canticaque turpia & luxuriosa, & illa lusa diabolica non facias. Michaël Scotus Phylloge. c. 6. In hoc loco sua sedis faciliè cadit, sive per saltum, sive per ballum. Glossæ Græco-Latinæ, βαλλίζω, salto.

Chorèutēs, χορῆτες, quilibet ex choro vocatur.  
Chorèumā, ἡ χορῆμα. ANGL. Dauncing and singing together. } à Platonè vocatur canticum, quòd à choro canitur & saltatur.

Chorizo, veluti in modum choros ducere.  
Chorètharistæ, ἡ χορῆθῆρισται. χορηθῆρισται. GALL. Chantres ou menestriers qui chantent, ou sonnent aux dances. ITAL. Quelli che cantano, & suonano in coro. GERM. Die auff den dānzen die harpsen schlagen. HISP. Los tañedores de corro ò dança. ANGL. Ministrallles or singers to dauncers. } Qui in choro citharizant: sicut pfallocitharistæ, qui pfallunt, id est, canunt ad citharam. Suet. in Domit. Certabatur etiam profa oratione, Græcè, Latinèque, ac præter citharædos chorocitharistæ quoque & pfallocitharistæ.

Chorèdidascālus, ἡ χορῆδιδάσκων. GALL. Maître de chœur ou de la chapelle. ITAL. Maestro di coro. GERM. Ein spilmeister, der die personen des spyls anführt, vnderweyß. HISP. Maestro de dança. ANGL. Master of the company of dauncers. } Magister est choti, Aristoteli & Platoni. Bud.

Chorèstātēs, χορηστάτης. Chori præceptor est, quem vulgus Intonatorum vocat, qui scilicet chorum symphoniacum moderatur.

Chorsia, χορσία, oppidum Bæotorum. Pausan. lib. 9. Post Gyrtones superato monte oppidum est Chorsia: gentile Chorsicus. Steph.

Chortaso, χορτῶσος, urbs Egypti, sic dicta, quòd Cleopatraz exercitus annona destitutus illic latitatus sit: χορτῶσος enim est satiare. Steph.

Chōsrōēs, χορσίος, Persarum rex fuit, Græcæ philosophiæ peritissimus, qui sibi Aristotelem non minus familiarem reddidit, quàm Demosthenes Thucydidem. Hujus vitam & studia latissimè exequitur Suidas.

Chrannen, insula adiacens Sinio Atticæ promontorio. Calep. } Forè melius absque aspiratione, χορνήσιον.

Chresma, urbs Austris Ripentis.

Chreston, χρεστον, quòd circumagat se cum sole, ut ortum ejus manè spectet, & ejus iter ad occasum usque etiam nubilo die sequatur. Intubi erratici species, quæ Egyptio nomine Cichorium, Romano Ambuleia appellatur. Creston appellatur ab insigni utilitate, teste Plin. lib. 20. cap. 8.

Chrestus, χρεστος, nomen Byzantii sophistæ fuit, qui Adriani temporibus Romæ Herodis Attici auditor fuit. Hic vino quamquam deditus, cæteris in rebus continenter vixit, ac in primis vigilanter. Nam quum ad galli cantum saepe bibere solitus esset, non prius tamen somno se, quàm studio dabat. Author est Philostratus.

Chrestus, χρεστος, nomen Atheniensis authoris probatissimi, cujus meminit Columella.

Chria, χρεία, est commemoratio alicujus dicti, vel facti, vel utriusque simul, celebrem habens demonstrationem, ut Ifoerates dicebat, Virtutum radices amaras, fructus verò dulces. Est autem una ex quatuor exercitationibus, quas Fabius Grammatico tractandas præcipit. Aphthonius in Progym. definit χρεία hoc modo, χρεία ἢ δόξα μετὰ τὸν οὐκ ἀποδοτικὸν οὐκ ἀποδοτικὸν ἐστὶν ἢ ἀποδοτικὸν ἢ ἀποδοτικὸν hoc est, Chria brevis est commemoratio, commodè ad personam aliquam relata. } Chriæ usum & genera latius exequitur Cælius Rhodig. Plin. lib. 26. cap. 27. Dicta Chria, quòd maxime sit uti-

lis & necessaria: χρεία enim & usum, & necessitatem significat. CHRISMĀ, atis. } ἰσχυρῶς, ἰσχυρῶς mischub. χορισμός. ANGL. Oynment or anoyating. } Unguentum, sive unctio: à verbo χρίω ungo: unde & Christus, χριστός, unctus.

Chirsmarium, videtur esse locus, ubi servatur Chrisma. } Christianus, a, um, χριστιανός, ad Christum pertinens. }

Christodorus, χριστόδωρος, Poëta Egyptius fuit ex Copta Egypti urbe, tempore Anastasi Imperatoris, qui Isaurica conscripsit, hoc est, Isauricæ urbis expugnationem. } Fuit & alter hoc nomine Thebanus, qui aucupii rationem, item vitam Divorum Cosmæ, & Damiani carmine complexus est. Utriusque author Suidas.

Chromātā, χρομάτια. Præter vulgatam illam apud Græcos significatiōnem, qua colores denotantur, quæ propriè visus sunt objecta, etiam accipiuntur pro ornamentis & luminibus artium, qui & colores à Latinis appellantur. } Unde Chromaticum melos ab antiquis dicebatur una ex tribus Musicæ partibus, quæ ob nimiam mollitiem infamiam nota non caruit: quam tamen Agathon tibicen in primis amplexus fuisse traditur. } Chromatiarii, inquit Corbutus in Satyr. 4. Persii, dicuntur colorarii, vel qui toto die in arena sunt, vel sole. Antiqui enim ungebant se, & in sole erant, ut oleum corpus imbiberet. Unde Juven. lib. 4. Satyr.

Nostra bibit vernum contracta cuticula solem,  
Effigiatque togam.

Chrombūs, genus piscis est, cujus tres enumerantur species, Cyprianus, Chalcis, & Cobio. Plin. lib. 32. cap. 11.

Chromiōs, χρομιός, filius Nelei & Chloridos, qui in ea pugna, quam Pylli & Messeni adversus Herculem gesserunt, cum decem fratribus occisus est. Alius fuit Priami filius, in bello Trojano à Diomede interfectus. } Fuit & Chromius quidam Argivus, qui in ea pugna quæ ob Thyetorum agrum inter trecentos Lacedæmonios, totidemque Argivos commissa est, solus ex suis cum Alcenore incolumis evasit. Author Herod. lib. 1.

Chromis, Herculis filius, ut Lactantius testatur, dicens: Constat Chromin Herculis fuisse filium, & equos habuisse Thraces, quos Hercules occiso Diomede abduxerat, humanis carnibus vesci consuetos. Hujus meminit & Statius dum ait,

It Chromis, Hippodamūsque alter satus Hercule magno.  
Et paulò infra:

Moæ Chromis Hippodamum metæ interioris ad orbem  
Viribus Herculeis, & toto robore patris, &c.

Chromis, apud Plin. lib. 32. cap. 11. Piscis est in aqua nidificans.

Chroniā, orum, χρονια, Saturni festa.

CHRONICĀ, orum, ἡ χρονικῆ διατριβή βαϊβιαμῖν. τὰ χρονικά. GALL. Croniques, annales. ITAL. Cronica, annali. GERM. Geschichtes bûcher / Chroniken. HISP. Chronica ò historia de tiempos. ANGL. Chronicles, histories of things done frome yeare to yeare. } non Chronica, α (ut in cælo usurpant) Annales, sive historiæ temporum memoriam conservantes, quibus scilicet res gestæ, servato temporum ordine digeruntur. } Invenitur & Chronicus, a, um, Gell. lib. 17. cap. 21. Excerpebamus ex libris, qui Chronici appellantur, quibus temporibus florissent Græci, simul atque Romani viri. } Chronicum, salarium cujusque Ecclesiæ Sacerdotibus certæ domus solum. Lex. g. b. } } Chronici, qui de temporibus scribunt. Plin. lib. 35. Quod & ipsius Timagoræ carmine vetusto apparet, Chronicorum errore non dubio.

Chroniōs, ας, ἡ χρονία hathmámáh, ἡνν echár. χοριζω. } Græcum verbum, idem significans quod moror, subsisto, & ex itinere identidem quiesco. Quo verbo usus est Lucret. lib. 2.  
Et satiati agni ludunt, blandè que chronissant.

Chronographus, χρονογράφος, temporum scriptor, à χρόνος tempus, & γραφω scribo. GALL. Historien. ITAL. Historico, historiografo.

Chronologus, χρονολόγος, qui de tempore loquitur, qui temporis rationes novit: à λόγος, dico. }

Chronōs, ἡ χρονη, ἡ χρονη. χρόνος. GALL. Temps. ITAL. Tempo. GERM. Di zeit. HISP. Tiempo. ANGL. Tyme. } Latine tempus dicitur. Cicero. 2. de nat. Deor. Saturnum autem cum esse voluerunt, qui cursum & conversionem spatiorum, ac temporum contineret: qui Deus Græcè id ipsum nomen habet; χρόνος enim dicitur, qui est idem ac χρόνος, id est, temporis spatium. Hinc factus est locus fabulæ, Chronon, hoc est, Saturnum, filios suos devorare, & eosdem rursus evomere: qua nihil aliud significatur, quàm temporis successu omnia gigni, & rursus consumi.

Chrysa, α, live, Chryse, es, χροση, oppidum fuit Troadis, Apollinis Sminthii delubro insigne: cujus meminerunt Plin. lib. 5. cap. 39. Strabo lib. 13. & Homer. Iliad. 1. Ovid. 13. Metam.

Chrysenque & Cillan Apollinis urbes.

Stephanus item Chrysea quandam collocat circa Lemnum, & ipsam Apollini sacram. } Est item Chryse insula Indiæ adiacens, de qua paulò post.

Chysālis, dis, χροσπλις, erucæ genus est ex rore nascens, quæ rupto cortice cui includitur, sit papilio. Vide Plin. cap. 11. lib. 23.

Chrysanthēmōn, χρυσάνθημον, genus est anthemidis, sive chamæmeli, luteis per ambitum foliis, à leucanthemo distinctum: de quo separatim agit Diosc. lib. 4. meminit Chrysanthemi & Plin. lib. 26. cap. 8.

Chryfantus, Alexandrinus, Romæ, quòd juvenis venerat, factus Christianus, sub Numeriano Imperatore in fossam demissus, ac terra, saxisque obrutus fuit. Volaterranus.

Chrysaor, χρυσάωρος, Neptuni filius, quem ex capite Medusæ, ut & Pegasus, natum scribit Hesiodus in Theogonia.

Chrysas, ἡ χροσας. GERM. Ein fuis in Sicilien / ein Duitano genant. } Fluvius est Siciliæ, teste Cicero, qui de eo sic scribit 6. Verr. Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. Is apud illos habetur Deus, & religione maxima colitur. Fanum ejus est in agro prope ipsam viam, qua Assoro itur Ennam. In eo Chrysiæ est simulacrum præclarè factum è marmore.

Chrysaoras, χρυσάωρος, fuit per mediū Messauræ urbis Libyæ. Steph. Chrysaotis.



Chrysaoris, idis, χρυσαιορίς, Caria civitas, à Lyciis condita, quæ postea Adrias nominata est: ut ex Apollonij sententia refert Steph.

Chrysfaryrum, tributum genus pro brutorum & hominum stercoribus. Zosim. Lex. gr. b.

Chrysaſpides, χρυσάσπιδες. Appellati sunt milites armati clypeis auro calatis.

Chryse, χρυσή Steph. Insula est ante ostium Indi fluvij, tam ferax auri, argentique metallis, ut nonnulli prodiderint, solum ejus aureum esse atque argenteum. Hujus insulæ meminit Plin. lib. 6. cap. 21.

Chryselæctrum, χρυσήλεκτρον, electri species in colorem luteum declinans: de quo Plin. lib. 37. cap. 4.

Chrysendetôn, χρυσένδρον, vas gemmatum, cujus gemmæ auro confectæ & contextæ tenentur. De his intellexit Plinius in initio lib. 33. Turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices, ac temulentia causa tenere Indiam juvat: & aurum jam accessio est. Martialis, Immodici tibi flavæ tegunt chrysendeta nulli. Idem Martialis. lib. 6. Si videre potes miseri chrysendeta Cinna. Vide Epi. 97. lib. 14. de Chrysendetis lancibus.

Chryses, χρυσής, Apollinis Sacerdos fuit, pater Astynomes, quæ à nomine ejus Chryseis cognominata fuit: quam quum Græci expugnatis Thebis, Ciliciis, urbe Eetione, abduxissent, & Agamemnoni in prædæ divisione tradidissent, Chryses Apollinis insignibus ornatus ad Græcorum castra accessit, filiâque sibi petit restitui. Quod cum impetrare non potuisset, Apollinis auxilium imploravit, qui tam gravem Græcis pestilentiam immisit, ut Agamemnon patri puellam restituere fuerit coactus. Cujus loco quum Achilli Bryseidem eripuisset, indignè id ferens Achilles, in posterum à prælio omni abstinuit, donec mortè Patrocli nunciata, intermissa arma recepit. Author Hom. lib. 1. Iliad.

Chryseis, χρυσής, Chryseæ Apollinis sacerdotis filia fuit, quæ vero nomine Astynome dicta fuit, Chryseis à nomine patris cognominata. Vide in Dictione Chryses.

Chryſſippa, χρυσίππου. Urbs Ciliciæ, à Chryſippo conditore. Gentile Chryſſippanus, vel Chryſſippeus. Steph.

Chryſippe, χρυσίππη. Iri filia, quæ ex Phthio Hellenem peperit, ut author est Steph.

Chryſſipea, χρυσίππη, herba à Chryſippo inventore dicta: cujus meminit Plin. lib. 26. cap. 9.

Chryſſippus, χρυσίππος, Apollonii filius, patria Solensis, sive (ut alii malunt) Tarsensis, Stoicæ sectæ Philosophus fuit, auditor Zenonis & Cleanthis, post quem etiam Scholæ præfuit. Ingenii acumine plurimum valuit, ut qui in multis etiam à præceptoribus discesserit. Unde per ironiam Chryſſippeum acumen usurpatur in stupidum. In Dialectica clarissimus fuit, ita ut non illepidè dicerent quidam, Si apud deos Dialectica haberetur, non temerè alia esset quàm quæ à Chryſippo inventa fuit. Scripsit librorum volumina supra quinque & septuaginta. Ferunt Carneadem Philosophum Cyrenæum, perlectis Chryſippi libris, ita dixisse: Nisi Chryſippus esset, ego non essem. De exitu ejus varia traduntur. Quidam volunt à discipulis ad sacrificium vocatum, quum vinum dulce affatim haussisset, anhelitus difficultate laborare cœpisse, atque ita quinto demum die fato concessisse, annos jam natum circiter tres & septuaginta. Alij ferunt nimio risu expirasse. Nam quum ficus rure allatos asinum comedentem videret, ancillæ jusſisse aiunt, ut & vinum asino bibendum daret, ejusque dicti urbanitate tantopere sibi placuisse, ut nimio risu fuerit suffocatus. Mortuo Athenienses statuam posuerunt in Ceramico. ¶ Fuit præterea Chryſippus filius Pelopis, quem quum pater valde amaret, noverca ejus Hippodimia indignè ferens, liberos suos Atreum & Thyestem impulit, qui illum interfecerunt: ob quam rem à Pelepe pulſi, in exilio vitam degerunt, donec pater è vivis excederet.

Chryſire, terra aurea. Lex. gr. b.

Chryſitēs, χρυσίτης. Gemma est in Ægypto nascens, quæ alio nomine Philogynus dicitur, ostrea similis Atticæ. Plin. lib. 37. cap. 10. Numeratur etiam Chryſites inter genera lapidis mortariorani à Plin. lib. 36. cap. 22.

Chryſitis, χρυσίτης, quæ dicatur, docet Plin. lib. 33. cap. 6. his verbis: Fit (inquit) in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti: genera ejus tria; optima, quam Chryſitin vocant: secunda, quam Argyritin: tertia, quam Molybditina. Et plerunque omnes hi colores in iisdem tubulis inveniuntur. Probatissima est Attica, secunda Hispaniensis. Chryſitis ex ipsa vena fit: Argyritis ex argento: Molybditis plumbi ipsius fusura, quæ Puteolis fit: unde & nomen habet. ¶ Est item Chryſitis herbae genus, quæ alio nomine Chryſocome appellatur: de qua vide paulò post in dictione Chryſocome.

Chryſis, meretrix Terentiana, δὲ χρυσή. Fungerus.

Chryſoberylli, χρυσόβηρυλλοί, Berylli quidam pallidiores, sed colorem aureum fulgore præ se ferentes. Est autem Beryllus gemma proxima smaragdis. Plin. lib. 37. cap. 5.

Chryſobulon, aurea bulla. Lex. gr. b.

Chryſocolis, χρυσόκολις, à quibusdam vocatur herba quæ notiore nomine Parthenium appellatur. Est autem ex iis nomenclaturis quæ inter nothas Dioscoridis à doctioribus rejiciuntur.

Chryſocarpum, χρυσόκαρπον. Hederæ species est, ab aureo acinorum colore ita appellata. Author Plin. lib. 16. cap. 34.

Chryſoceras, χρυσόκερας, vulgò Pera, promontorium Thraciæ ad Bosphorum situm, in quo situm est oppidum Byzantium liberæ conditionis, antea Lygos dictum. Author Plin. lib. 4. cap. 11. Ratio nominis ducta est partim à figura, quæ cervino cornu simillima est; partim à proventa, quòd maxima ibi pelamidum copia accipiat.

Chryſoclavum, aureis clavibus ornatum.

Chryſocolla, χρυσόκολα. Humor qui in metallis per venas defluit, Calopini Pars I.

crassescente limo, rigoribus hybernis, usque in duritiem pumicis laudatissima est in aurariis metallis: proxima in argentariis: tertiâ in ærariis: deterrima in plumbariis. In omnibus autem iis metallis fit, & cura multum infra naturalem illam, immisis in venam aqua leviter hyme tora, usque in lunium mensem, deinde siccatis in Junio & Julio: ita ut planè intelligatur, nihil aliud esse chryſocollam quàm venam putrem. Nativa autem ab hac duritia multum distat, quam luteam vocant. Tingitur tamen & factitia herba quadam quam luteam appellant, ut nativam ementiatur. Hæc autem duo genera in usu sunt pictoribus. Est tertium Chryſocollæ genus, quod aurifices sibi vendicant ad glutinandum aurum: unde & nomen accepit. Temperatur autem Cypria ærugine, & pueri impubis urina, addito nitro. {Colle à or, soudure d'or, Borax. ITAL. Borrax. GERM. Burris mit welchem die goldschmid löten. HISP. Borrax à saldar. ANGL. Gold soulder wherewith, gold is souldred.} Vide plura de hac re apud Plin. lib. 33. cap. 5. Minio & chryſocolla conſtratus, &c. Suet. in Calig. cap. 18.

Chryſocômē, χρυσόκομη. Herba est, quæ alio nomine Chryſitis appellatur, Latinam appellationem non habens, palmi altitudine, comantibus furtive auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis & pacis que nascens.

Chryſocômūs, χρυσόκομος. Comas aureas habens: quo nomine dictus Apollo, à fulgore radiorum, quæ comæ sunt Solis aureæ.

Chryſogonum, χρυσόγονον. Herba est folio quecino, flore coronarii verbasci, radice rari, vehementer intus rubente, foris nigra: quæ trita & imposita cum aceto, muris aranei morſibus auxiliatur. Author Diosc. lib. 4. cap. 46. Nomen autem accepit ab aurei seminis colore.

Chryſogônūs, χρυσόγονος. Nomen viri proprium, compositum ex χρυσός aurum, & γόνος, factus, quòd aurum undecunque pariat. Juvenalis, Sunt que Chryſogonum cantare vetant.

Chryſogonus, χρυσόγονος, Syllæ libertus potentissimus, de quo multa Cic. in Orat. pro Rose. Amer. ¶ Fuit & Chryſogonus martyr, teste Volaterrano, nobili genere ortus Romæ, qui quando nec consulatus, nec ullius honoris pollicatione per Dioeletianum averti potuit, jugulatus est ad scalas Gemonias. Latine factum aureum sonat: nam χρυσός aurum, γόνος factum significat.

Chryſolachanon, χρυσολάχανον Dioscoridi, herba est eadem cum atriplice. GALL. Herbe nommée arroche, ou bonnes dames. ITAL. Armola, trapese, repese. GERM. Wilde milten/Schismilten. HISP. Armuelles.} Plin. vero lib. 27. cap. 8. duo facit Chryſolachani genera: unum in pinetis nascens, lactucæ simile: alterum flore auro, & foliis oleris.

Chryſolämpis, χρυσόλαμψις. Lapillus in Æthiopia nascens, noctu ignei coloris, licet die palleſcat. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chryſolectrum, vide Chryſelectrum.

Chryſolithūs, χρυσόλιθος. Lapis pretiosus, auro nitore translucens: χρυσός aurum, λίθος lapis, quasi aureus lapis. Ovid. 2. Metam. Per juga chryſolithi peſtaque ex ordine gemma. Vide Plin. lib. 37. cap. 9.

Chryſoma, χρυσόμα. Græci vocant, quòd nos aurum factum, quòd scilicet in vasa, aut alium usum laboratum est.

Chryſomållos, χρυσόμαλλος, Epitheton est arietis illius, quo Phryxus trans Hellespontum vectus est: ab aureo nimitum vellere, quòd illi Poëtarum fabulæ tribuerunt. Nam μάλλος vellus significat, sive lanam.

Chryſomēla, χρυσόμηλα. Mala sunt ex genere cydoniorum, ad auri colorem inclinata, & incisuris quibusdam crispata: eadem, ut opinor, cum iis quæ Virgil. Aurea mala appellat. Vide Plin. lib. 15. cap. 11.

Chryſos, pisces auri coloris, cujus Ovidium in Halieuticis meminisse author est Plin. lib. 32. cap. 11. Sunt qui suspicentur eundem esse, quem nunc Auratam dicimus.

Chryſopólis, χρυσόπολις. Gemma est in Bithynia/næbe bey Chalcædon/ein goldgrub der Perſer.} teste Plin. lib. 5. cap. ult. oppidum est Bithyniæ, propè Chalcedonem, ita dictum, quòd Persæ ibi tributum colligerent ex cæteris Asiæ civitatibus. ¶ Est præterea altera Chryſopolis in Cilicia, teste Steph.

Chryſopástūs, χρυσόπαστος, auro aspersus: πῖσσω enim spargo significat.

Chryſoplycium, est auri lavandi officina. Hujus est id artificium, ut vi aquæ medicatæ, quam chryſulcam appellant, quantulamcunque auri partem argento, aut cuivis metallo illitam, aut confusam nullo dispendio abstrahat, ita ut in auraturis nihil jam deperat, nisi quòd usu interteritur. Chryſoplytes autem est, qui hujusmodi artificium exercet. Bud. lib. de Asse.

Chryſoprāsūs, χρυσοπρασίνος. Gemma est ex genere topaziorum, à porracea viriditate nonnihil in aurum declinans. χρυσόν enim Græci porrum vocant. Inde Prasinus color, i. porraceus. Vide de hac gemma Plin. lib. 37. cap. 8.

Chryſorrhōās, χρυσόρροος, fluvius est Syriæ circa Damascum incipiens, qui penè totus derivationibus exhauritur. Authores Strab. & Plin. lib. 5. cap. 18. ¶ Chryſorrhoas etiam dictus est Pæctolus, propter aureas arenas, ut author est idem Plin. lib. 5. cap. 29.

Chryſorrhōas, χρυσόρροος. Populi dicti ad Phasim fluvium, quòd in his locis (ut inquit Strab.) auriferi torrentes sint. Unde fabulis occasio de vellere apud Colchos aureo.

Chryſospermōn, χρυσόσπερμον, à quibusdam appellatur herba quæ notiore nomine Sempervivum maius appellatur.

Chryſostomus, χρυσόστομος. Nobilissimi scriptoris Ecclesiastici cognomen, patria Antiocheni, Episcopi autem Constantinopolitani, ab eloquentiæ suavitate impositum. Latine sonat Os aureum, quasi χρυσόν στόμα.

Chryſothēmīs, χρυσόθημις, filia Agamemnonis & Clytemnestræ, soror Orestis, Electræ & Iphigeniæ, ut scribit Hom. lib. 9. Iliad.



Chrysothos, vide *Chrysothos*.  
 Chrystulion, Pſilleum, Dioſc. *lib. 4. cap. 73.*  
 Chryſulca, aqua illa eſt, quã mixta metalla diducuntur. Vulgò *Aqua-ſort*, cujus vim ignoralle veteres colligit Alc. ex Ulpiani verbis in *l. idem Pomponius ſcribit, verſic. ſed ſi deduci, ff. de rei vind.*  
 Chryxus, Ducis Boiorum nomen eſt apud Silium Italicum *lib. 4.* qui ad Brennum Senonum Gallorum ducem ejus originem refert.  
 Chthonia, *χθονία*, unum ex vetuſtis Cretæ inſulæ nominibus, teſte Stephano in dictione *χθονία*.  
 Chthonophyle, *χθονόφυλλον*, quæ Baccho Philiuntem peperit. Steph.  
 Chūs, *χους*, ſive Choa, genus menſuræ humidorum apud Atticos, Romanum congium capiens, nempe ſex ſextarios, ſive cotylas Atticas duodecim. Bud. ¶ Chus hebraicè interpretatur Æthiops, à poſteritate nomen fortitus, ab ipſo enim ſunt propagati Æthiopes. *Ibid. lib. 7. cap. 6.*  
 ¶ Chylus, *χυλος*, luccus propriè, quem res fundit, id eſt, exſudat: à *χύνω*, fundo. ¶  
 Chymūs, *χυμος*, quamvis apud Græcos quemvis ſuccum ſignificet, à medicis tamen peculiariter accipitur pro maſſa ſanguinea, quæ ſit in hepate ex chylo è ventriculo per meſenterium attracto, quæ deinde exactius in venis excocta, & per earum oriſicia ad univerſas corporis partes delapſa vertitur in illarum alimentum, inſtauratque quod à calore naturali fuerat diſſipatum.  
 Chyron, *χυρων*, regiuncula Epiri, in qua habitavere quidam ex Clazomenis proſecti. Gentile Chytites.  
 Chytia, *χυτία*, *χυτίς*, *χυτίον*, *χυτίον*. *GALL. Un pot à ſeu.* ITAL. *Pentola.* GERM. *Ein haſ.* HISP. *La olla.* ANGL. *A poſnet or ſkillet.* & Chitron, vel etiam Chutron, Latine olla. Inde Chytropos, odis: Olla quæ habet pedes, vel inſtrumentum ferreum, ſuper quod olla apud ignem collocatur. *χυτρόπος*. *GALL. Pot à trois pieds, marmite.* ITAL. *Pentolo con piedi.* GERM. *Ein dreypfüß.* HISP. *Olla con ſus pies para cozer.* ¶ Cato, Ubi in Chuttra fervereceris id lotium, ſub ſellam ſupponito pertuſam.  
 Chyttri, *χυτριοί*, civitas Cypri, ſic dicta à Chytro filio Aledri filii Acamantis: *χυτρίον*, regiuncula Thraciæ: cives Chytropolitæ.  
 Chytus, Cyzici portus.  
 Chytrium, *χυτρίον*, locus Ioniæ, in quo poſtea Clazomenæ conditæ fuerunt.

C I

Cia, *κία* Prolemæo, vulgò *Zea*, inſula eſt ſub Eubœa, non procul ab Attica, quæ à Plinio & Strabone Ceos, & Cea appellatur. Tres habet præcipuas civitates, Julidem, Cartheam, & Chareſſum. Hinc deducitur adjectivum Cius *κίος*, & *κίος*, per Craſin.

Ciam, veſtem tenuiſſimam, pretioſiſſimamque celebrant antiqui omnes. *Lucr. lib. 4.*

*Et bene parta patrum ſunt anademata, mithra  
 Interdum in pallam Melidenſiã Ciãque vertunt.*

Cibāl, Cibarium, Cibo: vide *Cibus*.

Cibarci, Hiſpaniæ populi, quorum meminit Plin. *lib. 4.* in deſcriptione Hiſpaniæ.

Cibatus: vide *Cibus*.

Cibōrium, *κιβόριον*. Diſcorides interpretatur utriculos quosdam in faba Ægyptia (quam & Colocaſiam vocat Plinius) veſparam favis ſimiles, in quibus fabæ ſunt bullarum modo emergentes. Idem & Cibofum appellari teſtatur, quaſi ſeriniolum: propterea quòd feratur faba hæc inaudito in madentem glebam ſemine, ſicque in aquam projecto. Habet autem faba Ægyptia folia latiffima, petali, ſive galeri ſimilitudine, quibus Alexandrini pro poculis & carinis utebantur, teſtibus Plin. *lib. 20. cap. 15.* & Strab. *lib. 17.* & à quorum etiam ſimilitudine poculi quoddam genus Cibotium, ſive Ciborium vocari auctor eſt Athenæus. In qua etiam ſignificatione uſus eſt hæc voce *Hotar. lib. 2. Carm. Ode 7.*

*Oblivioſo levia Maſſico  
 Ciboria exple.*

Cibotus, Aſiæ civitas eſt, eadem cum Apamia, ut auctor eſt Plin. *lib. 5. cap. 29.*

Cibūs, omne id quo veſcimur. *כֶּבֶד* *chébel*, *כֶּבֶד* *mazon*. *כֶּבֶד*, *כֶּבֶד*. *GALL. Viande.* ITAL. *Cibo.* GERM. *Speiß.* HISP. *Cervo, mantenimiento, manjar.* ANGL. *Meat, foode, ſuſtenance.* ¶ Donatus cibum diſtinguit à victu, quòd Cibus etiam delicatis præbeatur: Victus in parvis aridiſque alimoniis conſtitutus ſit. Terent. in *Andria*, Lana actela victum quaritans. Idem in *Eunucho*, Viden' otium & cibus quid faciat alienus? *Ibid.* Cibus nonnunquam capiet cum ea.

*Non hic cibus utilis agro,*

Ovid. *Eleg. 3. lib. 3. Triſt.* Mea eſt: (vita Paraſiti, ſup.) meo cibo & ſumptu educatus eſt, Plaut. *Men. ſc. 5. a. 5.* Primis is ad cibum vocatur. Idem *Mil. ſc. 3. a. 2.* Auceps quando concinnavit arcem, offundit cibum (i. eſcam.) Idem *Aſin. ſc. 3. a. 1.*

*Et non a quoreis piſcibus eſſe cibum,*

Ovid. *Eleg. 2. lib. 1. Triſt.* Pro cibo habeas te verberari (in cinædum) Plaut. *Aſin. ſc. 3. a. 3.* Quaſi mures edimus ſemper alienum cibum. Idem *Capt. ſc. 1. a. 1.* Iraſcare ſi quis te edentem à cibo abigar (ubi etiam cibus amoris intelligitur.) Idem *Cure. ſc. 3. a. 1.* Væ illi cujus cibo hic factus eſt impenſior. Idem *Capt. ſc. 1. a. 4.* Spero ob hunc nuncium me æternum adepturum cibum. Idem *ibid.* Tantus commeatus cibus ventri (pro cibi.) Idem *Capt. ſc. 1. a. 4.* Frigidi & reſoſiti cibi faſtidium movent. Quint. Eundem veluti cibum remanere. Idem, Cibi vacuitate, &c. Plaut. *Cure. ſc. 3. a. 2.* ¶ Cibus lenis. Celf. *lib. 6. cap. de tonſillis.* Cibus quoque in hac valetudine lenis eſſe debet, ne exaſperet. Cui cibus acris opponitur ab ipſo, *cap. 11. ejuſd. lib.* ¶ Cibus corpus implentes. Idem *lib. 7. cap. 4.* id eſt, bene nutrientes. ¶ Deorum cibus, *ἵνα* *αἰσίου*, de prælatis epulis dicebatur, propterea quòd Homerus fingit deos nectare atque ambroſia victitare, nec ob id unquam ſeneſcere. Suet. in *Nerone*. ¶ Cibus in metalla ne immittas, *πῦρ* *αἰσίου* *μὴ* *ἐμβάλλω.*

Interpretatur Plutarchus, Ne ſermonem urbanum immittas in animum hominis improbi. Nam oratio cibus eſt animi: is contumpeſcit & putreſcit ſi in animum inſincerum incidit. ¶ E flamma cibum petere. Terent. in *Eunucho*, dixit in paraſitum, pro quidvis cibi cauſa pati ac facere.

Cibo, as: Cibus infero, alo, nutritio, *כֶּבֶד* *chébil*, *כֶּבֶד*. *GALL. Nourrir, ſervir de viande, baillet à manger.* ITAL. *Nodrire, cibare.* GERM. *Speißen.* HISP. *Criar y mantener.* ANGL. *To feede.* Col. *lib. 6.* Atque ea genera, quæ intra ſepta villa cibantur, ſerè perſequuti ſumus. Cibare ſerpentem. Suet. in *Tib. cap. 72.*

Cibariã, orum. Alimenta non modò hominum, verum etiam quorumvis animalium. *כֶּבֶד* *maachal*, *כֶּבֶד*, *כֶּבֶד*, *כֶּבֶד*. *GALL. Nourriture, viande, penſion, deſpenſe, vivres.* ITAL. *Nutrimiento, cibo.* GERM. *Allerley ſpeiß der leut und des vichs.* HISP. *Mantenimiento, ceruo.* ANGL. *Meat, foode, ſuſtenance.* ¶ Cic. ad *Attic. lib. 6.* Reſpondi me non inſtituiſſe iis dare cibaria, quorum opera non eſſem uſus. Cic. *pro Sext. Roſe.* Anſeribus cibaria publice locantur. Cato *de re ruſt. cap. 60.* Bubus cibaria annua in juga ſingula lupini modios cxx. &c. Suet. in *Tib. c. 46.* Comites nunquam ſalario, cibariis tantum ſuſtentavit. De cibariis militum detrahere nagnum crimen. Quint.

Cibariũs, a, um, quòd ad cibum pertinet. *כֶּבֶד* *chébil*, *כֶּבֶד*. *GALL. Appartenant à nourriture, bon à manger.* ITAL. *Cofa che appartien' al cibo.* GERM. *Das der ſpeiß zugehörig iſt.* HISP. *Cofa de mantenimiento.* ANGL. *Perteaining to meate.* ¶ Macrobi. *lib. 3. Satur.* Sylla mortuo, Lepidus Conſul legem tulit & ipſe cibariam. Cato enim ſumptuarias leges Cibarias appellat. ¶ Cibarius panis, *כֶּבֶד* *chébil*. Æginetæ dicitur panis ſecundarius, qui ſit ex farina ſecundaria, ex qua ſtos antè excuſſus eſt. Corn. Celf. *lib. 2. cap. 17.* Firmius eſt triticum quam milium: idipſum quam hordeum: & ex tritico firmiſſima ſiligo, deinde ſimila: deinde cui nil ademptum eſt, quòd *αὐρόπυρον* Græci vocant. Infirmior eſt ex polline; inſirmiſſimus cibarius panis. Hæc ille. Cic. *lib. 5. Tuſc.* Cui cum peragranti Ægyptum, comitibus non conſequutus, cibarius in capſa panis datus eſt, nihil viſum eſt illo pane jucundius. *כֶּבֶד* *chébil*. *GALL. Gros pain de ménage, pain bis duquel on n'a rien tiré.* ITAL. *Pano groſſo, ſecundario.* GERM. *Rauch ſchwarz brot.* HISP. *Pan baço.* ANGL. *Gray bread.* ¶ Re cibaria copioſum oppidum. Gell. *cap. 7. lib. 7.* Mihi rem ſummam credidit cibariam. Plaut. *Capt. ſc. 2. a. 4.* ¶ Cibarium vinum pro ignobili. Vatro, Potus meus vinum cibarium. ¶ Sic & cibarius homo, ab eodem dicitur pro ſordido & plebeio: ait enim, Tuus frater cibarius fuit Ariſtoxenus. ¶ Cibarium oleum. Col. *lib. 22. cap. 50.* Cavendum eſt itaque ne ex ea fiat oleum cibarium.

Cibātũs, hujus cibus. Idem ſerè quòd Cibus, apud Gell. *cap. 4. lib. 9.* *כֶּבֶד* *chébel*, *כֶּבֶד*, *כֶּבֶד*. *GALL. Nourriture, mangeaille.* ITAL. *Cibo veſciamento.* GERM. *Speißung.* HISP. *Mantenimiento, ceruo.* ANGL. *Feeding, ourriſhing.* ¶ Plin. Tuſcos quidem gratiſſimo in cibus habent. Plaut. in *Milit. ſcen. 2. act. 2.* Interclude inimicis commeatum: tibi muni viam, qua cibus commeatusque ad te & legiones tuas tutò poſſit pervenire. *Lucr. lib. 6.*

Cibālũs, e, quòd ad Cibus pertinet. *כֶּבֶד* *chébil*. *ANGL. Belonging to foode.* ¶ Varro, Eſt enim lac omnium rerum, quas cibali cauſa cupimus, liquentium maximè alibile, & id ovillum, inde caprinum. Sic enim hætenus lectum eſt in omnibus, quotquot videre contigit, Dictionarii hujuſce editionibus; quum tamen in emendationibus Varronis exemplaribus, *Cibi cauſa* legatur, non *cibali*. Locus Varronis eſt *de re ruſt. lib. 2. cap. 11.* quem ideo indicare viſum eſt, ut & lectori diligentia noſtra fidem faceremus, & ne quippiam, animi potiùs noſtri ſomnio, quam optimorum exemplarium fide freti, videremur emendaſſe.

Cibella. Vide *Cibilla*.

Cibicida, a, qui cibum cadit, hoc eſt, comedo, ſive lurco. *כֶּבֶד* *chébil*. *ANGL. which carveth meat.* ¶ Viginti domi, an triginta, vel centum cibicidas alas. Lucil. *lib. 27.* ex Nonio.

Cibilla, a, *כֶּבֶד* *chébil*. *GALL. Table ronde.* ITAL. *Menſa.* GERM. *Ein tiſch auff dem man iſt ein ſchreibtiſch.* HISP. *Meſa redonda.* ANGL. *A rounde table.* ¶ teſte Varrone *lib. 4. de Lingua Lat.* Menſa erat eſcaria, à cibus dicta, quæ primùm quadrata ſiebat, & poſtea rotunda. ¶ Feſtus item Cilibam interpretatur menſa rotunda genus, apud quem tamen Cilibam corruptè legi putaverim, pro *Cibilla*.

Cibyra, a, *כֶּבֶד* *chébil*. *Ptolemæo*, oppidum Aſiæ propriè dicta, non procul à Mæandro fluvio. Cic. *6. in Verrem*, Hoſce opinor Cibyræ, quum in ſuſpicionem veniſſent ſuis civibus, fanum expiſaſſe Apollinis. Et paulò poſt, Cibyræ cum inanibus ſyngraphis venerat.

Cibyrate, vel Cibyrata, nomen Gentile. Cic. *ibidem*, Eò quum venio, Prætor quieſcebat: fratres illi Cibyrata inambulabant.

Cibyricus, a, um, poſſeſſivum. *ibidem*, Immittebantur illicò Cibyratici illi canes, qui inveſtigabant, & perſcrutabantur omnia.

Cicadã, *כֶּבֶד* *chébil*. *GALL. Cigale.* ITAL. *Cicala.* GERM. *Ein thierlin das im Sommer auf den beumen ſingt.* *כֶּבֶד* *chébil* *nennen es heuſchreck.* HISP. *Cigarrã* *ò chicharro.* ANGL. *A grasshoper.* ¶ Inſecti genus canorum, aculeatum quiddam habens in pectore, quo rorem lambit, nonniſi aſtutis menſibus apparens: unde & Cicadam quiddam dictam volunt, quaſi citò cadentem, hoc eſt, evaneſcentem. *Virg. 3. Georg.*

*Et cantu querula rumpent arbuſta cicada.*

Idem *Eclog. 2.*

*At mecum rancis (tua dum veſtigia luſtro)  
 Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis.*

Plin. *lib. 11. cap. 26.* auctor eſt cicadam ex omnibus quæ vivunt, ſine ore eſſe, pro eo aculeatum quiddam in pectore habere linguæ ſimile, quo rorem lambit, & pectus ipſum ſiſtuſum, quo vocem emittit. Cicadarum autem duo genera: minores, quæ primæ proveniunt, & noviffimæ pereunt: majores, quæ canunt, vocantur Acheræ. ¶ Cicadæ apem comparas, *כֶּבֶד* *chébil* *כֶּבֶד* *chébil*. Convent in res ſupra modum impares, propterea quòd cicada cum major, tum canora quum ſit; apis non modò minuto corpufculo, verum etiam penè



penē muta, Lucianus. Cicadis pleni, *πληθὺν ἀειμύτων*. In gloriosos ac stultos olim dicebatur, aut obsoletis ac jam desitis utentes. Antiquitus enim Atticis mos erat capillorum cincinnis aureas cicadas addere. Cicadā vocalior, *τίττις ὁ φωνήσιμος*. Dicitur solum in hominem impendiō garrulum, aut admodum musicum: propterea quod hoc insectum rore duntaxat vivens cantu potissimum delectetur.

**CICATRIX**, cis, proprie est signum vulneris obducti, quasi circa eum, vel quasi occurrat. *ארוחאב* *arucháb. אר*. GALL. *Cicatrice*, la marque qui demeure après la playe. ITAL. *Il segno della ferita o piagra*. GERM. *Ein wundmal/ein schamm*. *ist ein zeichen einer verwathen wunden*. HISP. *Señal que queda de la herida*. ANGL. *The scarre of a wound*. Est enim callosa caro pro cute inducta, ubi hiatus vulneris, quod jam coivit, fuerat. Terent. in *Eunuch*. Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas ostentat. Cic. 7. *Phil.* Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut docet cicatrix. Cicatricibus decorē facere. Plin. lib. 24. c. 10. de *hedera*. Cicatricem inducere. Cels. lib. 7. c. 28. Medicamentum cicatricem inducens. Cicatricem recipere. Idem lib. 4. cap. 9. Ulcera aut omnino non sanescunt, aut certe cicatricem vix recipiunt. Et lib. 6. Vix ad cicatricem veniunt. Alibi, *perveniunt*, dixit. Hinc Cicatricare, teste Festo, pro eo quod est cicatricem inducere. Cicatrix refricari dicitur, quum dolor temporam spatium jam mitior renovatur. Cic. in *Rullum*, Ne aut refricare obductam jam Reip. cicatricem videret. Cicatrices deformes servitutis, Livius loquens de urbe, lib. 9. d. 4. Cicatrix, Fab. Quint. cap. 4. lib. 2. pro vulnere sumitur, quod infligitur frondi amputando. Cicatricem in dextro musculo. Item, Ut primum coit cicatrix. Plaut. *Amph.* Qui sæpe in scapulas nostras cicatrices indiderunt (i. plagas.) Idem *Asin.* sc. 2. a. 3. Cicatrix vulneris (*Metam.*) Sen. cap. 1. de *conf. ad Marc.* Per ipsas cicatrices percussa es. Idem cap. 15. de *conf. ad Helv.* Et Ovid. *Eleg.* 11. lib. 3. *Trist.*

*Falsa cicatricem ducere nostra sine.*

**CICATRICULA**, diminutivum. Cels. lib. 2. cap. 50. Ideoque prorsus brachium deligandum, habendumque ita est, donec valens cicatricula sit, quæ celerrimè in vena confirmatur.

**CICATRICOSUS**, cicatricibus plenus. *ἐλάδης*. GALL. *Plein de cicatrices*. ITAL. *Pieno di segni de ferite*. GERM. *Doll wundmäler*. HISP. *Lleno de señales de heridas*. ANGL. *Full of scarres or gashes*. Col. de *Arb.* cap. 11. Tum etiam vitis minus cicatricosa fit. Quint. lib. 4. cap. 1. Turbari memoria, vel continuandi verba facilitate destitui, nusquam turpius: quum vitiosum proœmium possit videri, ut cicatricosa facies. Tergum cicatricosum, nihil hoc simili similius. Plaut. *Amph.* In corpore tam cicatricosio ferre unum vulnus fortunæ. Senec. cap. 2. de *consol. ad Helv.*

**CICCUM**, dicebant antiqui membranam tenuem, quæ est malo punico velut cellularum discrimen. ANGL. *The thinne skinn of a pome garnette*. Festus. Ciccum membrana tenuis malorum Puniceorum. Varr. lib. 6. de *ling.* Lat. Plaut. in *Trinum*. Faciat quod volet, dum ciccum non interdum.

**CICER**, is, genus leguminis. *ἰπίβου*. GALL. *Pois ciche*. ITAL. *Cece*. GERM. *Nichem*. HISP. *Garvanço*. Plin. lib. 18. c. 12. Ciceris natura est gigni cum falsilagine: ideo solum urit, nec nisi madefactum prius, feri debet. Vide ibidem plura ciceris genera. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 6.

*Inde domum me*

*Ad porri, & ciceris refero, laganique catinum.*

Idem in *Arte poet.* dixit, Ciceris & nucis emptor, pro infimæ sortis homine, de quo ima plebe quempiam significans.

**CICERARIETINUM**, aliud à sativo vulgari. Vide Diosc. lib. 2. Plin. lib. 18. *Theoph.* lib. 9. Paul. lib. 6.

**CICER** erraticum, serpillum. **CICERĀ**, *ἰπίβου*. GALL. *Cicerole*, une sorte de pois ciches. ITAL. *Cicerola*. GERM. *Schwarzlichte Kicher*. *gravo erbs*. HISP. *La galgana*, legumbre. Leguminis genus à Col. inter pabula annumeratum, à cicercula solo differens colore. Est enim obsoletior & nigro propior. Græcis *ἰπίβου* dicitur, si Theodori versioni credimus: quanquam idem pro ochro nonnumquam & erviliam vertit.

**CICERBĪRĀ**, Leoniceus dicit illam esse, quam Dioscorid. *Sonchon* appellat.

**CICERCŪLĀ**, æ, leguminis genus ciceri non dissimile, sed minutius, inæquales angulos habens, veluti pisum, *ἀγροίον*. GALL. *Cerres*, pois cerres. ITAL. *Cicerchia*. GERM. *Keine Kicher*. HISP. *Cicercha*. Plin. lib. 18. cap. 12. Est & Cicercula minuti ciceris genus, inæquales angulos habens veluti pisum. Col. lib. 2. cap. 10. Cicercula, quæ pilo est similis, mense Januarii, aut Februarii feri debet, lato loco, cælo humido.

**CICERCŪLUM**, Genus sinopidis. Plin. lib. 35. cap. 6. Species sinopidis tres, tubra, & minus tubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras tredecim denarii. Usus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Ejus, quæ ex Africa venit, octoni asses: Cicerculum appellant.

**CICERO**, *κικέρων*. GERM. *Ein hochbegabter redner/Bürgermeister zu Rom*. Cujus vitam Tyro Tullius ejus libertus tribus voluminibus scripsit, teste Pædiano: Præceptores se habuisse fateatur, in Philosophia quidem Philonem Academicum, tunc Romæ commorantem: in jure civili, Sexvolam: in Dialectica, Diodorum Stoicum: in dicendo, Apollonium Molonem. Sex. Roscium Amerinum patricidii reum, parus annos xxiii, ut tradit Nepos: ut alii, xxvii. defendit. Metuens deinde Syllam, quem in ea causa offenderat, in Græciam abiit, Asiâque simulata valetudinis causa adit: ubi se (ut ipse ait) recoquendum præceptoribus dicendi dedit, Xenoclemque Adramittenum, Dionysium Magnesium, & Menippum Carum audivit: Rhodi verò Apollonium Molonem magistrum dicendi habuit. Feruntque Posidonium tunc Athenis eum Græcè declamantem audivisse, ac protinus exclamasse, quod solam Græcis dicendi relictam gloriam videret ad Latinos per eum transferri. Postea quum multis muneribus in Republica functus esset, Consul conjurationem Carillinæ represit, legem Agrariam repulit.

*Calepini Pars I.*

Hujus vitam omnem & vitæ studia vide apud Plutarchum. Cicero ejus filius inter eos, qui à parentibus degeneraverunt, ponitur à Valerio. Binos cum congios haurire solitum scribit Plinius, per temulentiamque M. Agrippæ scyphum impegisse. Qu. Cicero, M. frater, Legatus Cæsaribus in Gallia primum, deinde ad regendam Asiam prætor missus, admonetur à fratre per epistolam totius officii. Duxit uxorem Pomponii Attici sororem. Miserandus deum ejus exitus. Proscriptus enim unâ cum filio (quando & Marcus frater) rogavit percussorem se ante filium interficere: filius contra, se ante patrem. Uterque igitur simul interfectus. Author Appianus.

**CICERONIANUS**, a, um, quod est Ciceronis, vel accedit ad Cicetoneum: ut, Ciceroniana simplicitas. Plinius in præfatione totius operis.

**CICORIUM**, *κικέρων* Dioscoridi, herba est, quam alio nomine Intubum erraticum vocant. *מרור* *meror*. GALL. *De la chicorée*. ITAL. *Cicoria*, *ridichio*. GERM. *Wegwurz/Sonnenwurtel*. HISP. *Chicoria*, *yerva conocida*. ANGL. *wild succoury or endyve*. Plin. lib. 20. c. 8. Est & erraticum intubum, quod in Ægypto Cichorium vocant. Horatius lib. 1. *Od.* 31. dictionis hujus penultimam syllabam protulit, corripuit autem antepenultimam, perinde ac si apud Græcos *κικέρων* scriberetur.

*Impudè me (inquit) pascunt olivæ,  
Me cichoria, levèsq; malva.*

Posterior versus est Daçylicus, Alcimanius, Acatalecticus, constans duobus dactylis, & duobus spondæis.

**CICI**, *κικίριον* *kikajon. κίκη, ἡ κέστη*. Frutex est parvæ fici magnitudinis, folia habens platano similia, majora tamen nigrioraque, & majore lævore mollia, semen autem in racemis asperis, quod cortice nudatum recino vermi simile est: ex quo colligitur id, quod Recinium oleum vocant, lucernarum luminibus, & emplastris utile. Ab hujus seminis similitudine Romani ipsum etiam fruticem Recinum appellant, quemadmodum & Græci *κικίριον*. Vide Diosc. lib. 4. cap. 145. & Plin. lib. 15. cap. 7. Vulgus herbariorum hodie *Cetaputiam majorem* vocat.

**CICILENDRUM**, Plaut. *Pseud.* sc. 2. a. 3. Cicilendrum in patinas indere.

**CICINDELEM** vocamus hodie lampatam, quæ perpetuò lucet in templis.

**CICINUS**, a, um, adjectivum: ut, Oleum cicinum, *κίκινος ἔλαιον* Dioscoridi, quod & Ricinium appellari paulò antè docuimus. Plin. lib. 13. cap. 4. Oleum cicinum bibitur ad purgationes ventris cum patii calidæ mensura.

**CICIMENI**, populi ex Jaxamatarum genere, à Medis oriundi, Tanaim fluvium accolentes: quorum miminit Plin. lib. 6. cap. 7.

**CICINA**, (quod hic pro ave nocturna legebatur) vide *Cicum*.

**CICINDELĀ**, *κικινδελῆ*. Arist. GALL. *Ver ou mouche luisante de nuit*, au temps que les bleds sent meurs ou scioz. ITAL. *Musca picciola detta luciola*, che luce di notte. GERM. *Muggk oder tdo ferle die zu nachr scheynen*. Johans fliegen. Quia circa id ætatis tempus exiit. HISP. *Luciernega*. ANGL. *A globeard or glowworm*. Genus muscarum, quod noctu lucet ignium modo, laterum & clunium colore: à Græcis *κικινδελῆ* dicta. Quidam Noctulam, alii Nitedulam vocant. Non antè natura pabula, aut post defecta conspicitur, nunc pennarum hiatu refulgens, nunc compressu obumbrata. Ab hac lychnus pensilis, quem vulgo *Lampadem* vocant, Cicindela appellatur, quæ nocte tota servatur accensa, & lampyridis instar lucet.

**CICONES**, *κικόνες*. Populi Thraciæ, juxta Hebrum fluvium inhabitantes, Tib.

*Nam Ciconum ille manus adversis reppullit undis.*

Virg. 4. *Georg.*

*— spreta Ciconum quo munere matres  
Discerptum latè juvenem sparsere per agros.*

**CICONĪĀ**, avis quæ serpentibus pullos nutrit, teste Plin. lib. 10. cap. 13. *ἰπίβου* *chafidab. κικίριον*. GALL. *Cigogne*. ITAL. *Cigogna*. GERM. *Ein Storck*. HISP. *Cigüeña*. ANGL. *A storke, a birde so called*. Juvenal. *Satyr.* 14.

*— serpente ciconia pullos*

*Nutrit, & inventa per devia rura lacerta.*

Ubi Juvenalis Romanos arguens, quorum liberi tales evadebant, quales à parentibus instituebantur, alludit ad naturam ciconiæ ejusque pullos. Hi enim à teneris assuefacti colubris vescuntur. Ovid. 4. *Metamorph.*

*— sumptis quin candida pennis*

*Ipsa tibi plaudat crepitante ciconia rostro.*

Quo etiam nomine ab Hispanis vocatur lignum rostratum, quod è puteis hauriri aqua solet: quod & Teloneum agricolæ vocant.

Item Ciconia mensuræ genus est, sive instrumenti, quo rustici uti solent in sulcis & fossis ducendis, ne qua pars aliis aut profundior esset, aut latior. Colum. lib. 4. Sed huic operi erigendo, quasi quandam machinam commenti majores nostri, regulam fabricaverunt, in ejus latete virga prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripæ partem. Id genus mensuræ Ciconiam vocant rustici. Ciconia etiam sannæ & irrisionis species est. Irrisores enim apud veteres digitis colligatis, & ad inferiorem partem inclinatis ciconium tostum formabant, quod quum præsentarent post tergum natantes, deridebant. Unde Persius *Sat.* 1.

*O tane à tergo quem nulla ciconia pinxit.*

**CICONIUS**, à Ciconia. Sidon. lib. 2. ep. 14.

**CICONIARIÆ** leges quibus liberi parentes egenos alere jubentur. Bud.

**CICONIUS**, *κικόνιος*, nomen ejus qui Brixiam condidit.

**CICONIA**, æ, avis est nocturna, teste Festo. Cælius lib. 17. cap. 11. nyctioracem interpretatur. Alii vesperilionem.

**CICŪRIS**, adjectivum: Animal mansuetum. *ἰπίβου* *lummadb. ἡμεροίον*. GALL. *Aprivoisé*, privé, qui hante avec les hommes. ITAL. *Animal di selvatico fatto domestico*. GERM. *Sam/gerent*. HISP. *Cosa domestica*, *duenda y mansa*. ANGL. *Tame*. ut aper, cervus, leo, & quicquid cicurari, id est, mansuefieri potest. Quod enim à fero discretum est, id cicur dicitur. Cic. 5. *Tusc.* Earum ipsarum solivagas,



solivagas, partim congregatas, immanes alias, quasdam autem ci- cures, nonnullas abditas, terraque tectas. ¶ Cicur ingenium dicitur mite, ac mansuetum. Varr. de ling. Lat. lib. 6.

Cicuro, as: Mansuetum, verbum vetus, quod alio verbo dicitur Exar- mo, ἡ ἰμμάδῃ. πῆμα δὲ. GALL. Apprivoiser. ITAL. Deme- sticare. GERM. Zam machen. HISP. Amanfar los animales fieros. ANGL. To tame, or to mak tame. ¶ Varr. de ling. Lat. Pacuv.

Cicuta, ἡ κάσιος. GALL. Ciguo, herba venimeuse. ITAL. Cicuta, her- ba. GERM. Schiting, HISP. La cecuta, planta noia. ANGL. Hem- loko. ¶ Herba venenosa, teste Plin. lib. 25. cap. 13. caule viridi & ge- niculato, altior saepe binis cubitis, in cacuminibusque ramosa, to- liis coriandri tenuioribus, gravi odoratu, semine aniso crassiori, ra- dice concava, nullius usus: nam semini tantum & foliis refrige- ratoria vis est. Cicuta famam Athenienses auxerunt, succo ejus capitali iudicio damnatis necem inferentes. Juvenal. Satyr. 7.

— hunc inopem vidistis Athena,

Nil prater celidus ausa conferre cicutas.

¶ Est item cicuta ( ut Servius docet ) in cannis calamifve, quod in- terceptum est inter duos nodos. Virg. 2. Ecl.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis  
Fistula.

Cicuta, κάσιος, nomen proprium sceneratoris cujusdam maxime avati. Horat. 2. Serm. satyr. 3.

— adde Cicuta

Nodosi tabulas centum, mille adde catenas:

Effugiet tamen hac secleratus vincula Proteus.

Cidaris, is, ἡ ἰσφίη. ἡ ἰσφίη. Tegumentum capitis, quo Per- saram reges peculiariter utebantur, albis maculis in carulei coloris fascia intermicantibus. Qu. Curt. lib. 3. Cidarim regum capitis vo- cant insigne. Hieronymus item author est, Hebraeorum Pontifices cidari uti solitos, in qua Dei nomen habebant inscriptum.

Cidarum, genus navis, Gell. lib. 10. cap. 25.

Cidonium malum, idem quod cotoneum. ¶ ANGL. A quince pear. ¶ Hinc Cidonium vinum, ex ejus mali succo confectum. Ulpian. D. de trit. vino. & ol. leg. l. si quis. Cidonia ( inquit ) & si qua alia sunt vina, quae non ex vinea fiunt, vini appellatione non continebantur.

Cio, es: Cio, is: ambo civi, citum faciunt: sed à Cio, es, fit Citum penult. correpta, à Cio verò producitur. Ovid. lib. 3. Metam.

Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.

Idem lib. 1. Trist.

Accitus toties in genus omne joci.

¶ Et Cio quidem significat turbare, commovere. ἡ ἰσφίη. ἡ ἰσφίη. GALL. Provoquer, esmonvoir. ITAL. Movere, turbare. GERM. Bewegen, betruben. HISP. Mover, turbar y llamar. ANGL. To stirre or raise up, to call or name. ¶ Virg. 4. Aeneid.

— Tonitru caelum omne ciebo.

Ciebat id bellum Juba. Velleius. ¶ Cio verò, Voco proprie. Proprie autem dixi, quoniam Cio aliquando movere est: sicut & Cio vocare, adeò ut alterum pro altero quandoque sumi posse videatur. Virg. 6. Aeneid.

Mi enim Aclidem, quo non praestantior alter

Are cieo viros, Martemque accendere cantu.

Colum. lib. 7. cap. 5. Cio, is, posuit pro commoveo. Nullo ( inquit ) tempore, & minime aestate utile est, boves in cursum concitari: nam ea res cit alvum. Livius lib. 1. Principes utrinque pugnam cie- bant. Similiter à Cio fiunt Concio, & Excio, & si qua sunt alia composita. Primum significat commoveo, vel convoco. Liv. Gallii, quos praedae populationumque conciverat spes. Secundum, foras moveo & excutio. A Cio fit Excio, evoco. Stat. lib. 4. Theb.

— suis exciit in arma

Antiqua Tithyntha Deus.

Accio, sive Accio: de quibus supra. Praecio, provoco. Percio, pul- so, tango, percutio, valde commoveo. Concio, simul voco, congre- go. Hinc Concio, nis, quod tria significat, authore Gellio: populum ip- sum, qui ad audiendum convenit: orationem ipsam, quae coram multitudine habetur & locum, sive suggestum, ex quo habetur oratio. A Concio rursus fiunt, Concito, Excito, frequentativa. Porro quod praeterita & supina eadem amborum simplicium sunt, itemque compositorum, orta est non parva interpretandi ea verba difficultas. Nam Cito, as, frequentativum est amborum primitivo- rum, & Cio, & Cio: ideo aliquando vocito, aliquando frequenter moveo significat. Pro vocito, ἡ ἰσφίη. Cic. in Verr. act. 4. Citatur reus, causa agitur. Pro crebro moveo, Col. lib. 8. Ne immaturis her- bis citeur alvus. Igitur non somniculose spectanda sunt frequen- tativa, composita, praeterita, participiaque compositorum, ut quae conconvocationis magis proprietatem habent, à Cio: quae verò motio- nis, à Cio sumantur. Vide Lucr. lib. 5.

Citius: Celer, velox. ἡ ἰσφίη. ἡ ἰσφίη. GALL. Soudain, viste. ITAL. Ve- loce. GERM. Schnell/behend. HISP. Muy ligero. ANGL. Swift spedie. ¶ Liv. 6. bell. Pun. Eques citus ab Roma venit. Salust. Modò citus, mo- dò tardus incessus ejus. Tibul. lib. 4.

— Cita loca tanere funda.

Ibidem,

Prateritque cita Sirenum littora puppi.

Alvo cita fieri ( i. forire. ) Gell. cap. 4. lib. 19. & cap. 10. lib. 18.

¶ Hinc Citior, citissimus. Plaut. Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quam famam reor. Citissimus omnium rediit. ¶ Est & Citus participium à Cio, pro citatus, vel agitatus. Virg. lib. 8. Aeneid.

Haud procul inde cita Metim in diversa quadriga  
Distulerant.

Citò, adverb. ἡ ἰσφίη. ἡ ἰσφίη. GALL. Toft, soudaine- ment, promptement. ITAL. Subito, toftò, presto. GERM. Geschwind/ bald/ flugs. HISP. Presto ò ligeramente. ANGL. Hastelie, spedelie. ¶ Te- rent. in Eunuch. Citò hunc deduci ad militem. Cic. Verr. 4. Quid ergo potissimum scribam, quod velle te puto, citò me ad te esse ven- turum. Tantà indolis, citò pater, citò sacerdos Senec. c. 12. de consol. ad Marc. Tam citò quam. Ibid. c. 14. Et mihi vivendi tam citò finis

adest. Da citò cantharum. Citò, pro fortasse, ut est τὰς Græcè. Cic. in Bruto, Sed neque verbis aptiorem citò alium dixerim.

Citiùs, comparativum. Terent. in Hecyra, Qua me propter exanimat- um citiùs educi foras. Virg. Aeneid.

Hæc ait, & dicto citiùs tumida aquora placat.

Citissimè, superlativum. Plin. lib. 17. cap. 4. Citissimè ascias retundit.

Cito, as, frequentativum à Cio, in jus voco, adesse jubeo, diem alicui dico, accuso. ἡ ἰσφίη. ἡ ἰσφίη. GALL. Appeller, haster/ faire avancer. ITAL. Citare, chiamare. GERM. Für gericht bes- ruffen laden. HISP. Lllamar. ANGL. To call to justice, to summon, to sett a day of compearing to justice. ¶ Cio autem videtur esse no- minare, ut apud Liv. lib. 10. ab urb. dicuntur Patricii, qui patrem & avum cioere possunt. Item lib. 5. d. 5. Milites nomine cioent. Et Suet. in Ner. c. 46. Cioere aliquem nomine. Advortite animum. C. Non adest. P. At tu cito. Plaut. pseud. sc. 1. a. 1. Ubi tu es, quæ me libello Venerio citavisti? Plaut. Cure. sc. 3. a. 1. Qui si non assint, cum citantur census capiant illicò. Idem Men. sc. 1. a. 3. Quid si huc servos cito? Ibid. sc. 1. a. 5. Citari ad causam dicendam. Suet. in Tib. cap. 61. Citare tribus ad sacramentum. Idem in Ner. cap. 44. Citat nos officium solemne. Sen. cap. 14. de Tranq. Cic. antequam iret, Non citatur reus audaciz, sed virtutis reus citatur, id est, accusatur. Cic. pro Cluen. Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, ut re semel atque iterum præjudi- cata, condemnatus in iudicium venerit. Et in Verr. 3. Citat reum, non responder: citat accusatorem, citatus accusator M. Pacilius nescio quo casu, non respondit, non adfuit. ¶ Aliquando videtur poni pro laudare. Idem de nat. deor. lib. 1. Tu ipse paulò antè, quum tanquam Senatium Philosophorum citares, summos viros delipere dicebas. ¶ Citare etiam, incitare, provocare. ἡ ἰσφίη. ἡ ἰσφίη. GALL. Inciter, provoquer. ITAL. Incitare, ismovere. GERM. Bewegen/ nôtigen/ treyben. HISP. Mover. ANGL. To stirre up, to anger or provoke. ¶ Cæsar 3. bell. civ. Protrinusque equo citato, Larissam contendit. Liv. lib. 1. ab Urb. Age sanè omnes citatis equis advolant Romam. Col. lib. 8. Ne immaturis herbis citeur alvus. Alia compo- sita sunt Concito, quod est ad iram provoco. Item Excito, suscito, &c. Vultus citatus ira, id est, commotus ira. Sen. Medea, Quod impotenti facinus parat furore? Vultus citatus ira riget.

Citatus, participium, sive nomen ex participio: Acceleratus, vel citus, aut velox. ἡ ἰσφίη. ἡ ἰσφίη. GALL. Esmeu, haste, avance, leger, vi- ste. ITAL. Chiamato, citato, veloce. GERM. Schnell/behend. HISP. Llamado, li. ero. ANGL. Soirred or moned up, spedie. ¶ Apulcius, Citato, non testudineo gressu. Liv. lib. 8. Bell. Pun. Citato gradu in hostem ducebant. Idem, Citato vadere equo Liv. 7. bel. Pun. Nero ca nocte que sequuta est pugnam, citatiore quam inde venerat ag- mine, die sexta ad stativa atque ad hostem pervenit. Ibid. lib. 2. Quam citatissimo poterant agmine sese abripuerunt.

Citatum, adverbium, Celeriter, velociter. ἡ ἰσφίη. ἡ ἰσφίη. GALL. Promptement, vistement. ITAL. Presto. GERM. Schnellstgitch/ ein wegs/bald. HISP. Prestamente, presto. ANGL. Hastelie, spedelie. ¶ Hircius de bel. Afric. Ipse cum expedita copia in eum locum cita- tum contendit.

Cierium, κίριον, urbs Bæotiz, aliàs Arne dicta. Steph.

Cilix, icis, κίλιξ, nomen proprium Phœnicis filij, à quo dicta est Cilicia.

CILICIA, κίλικία, vulgò Caramania, regio est in minori Asia, Syriæ pro- xima, tota ferè campestris, Tauro monti subj. cta: quæ à Cilice no- men sortita est, quem pristina atas penè ultra ævum memoriae ab- scondit, Phœnice ortum, qui apud Gentileis antiquior Iove de pri- mis terræ alumnis habebatur. ¶ GERM. Ein Landtschafft des minder- ren Asie so an Syrien stofft/ jey Caramania genant. ¶ Hæc regio ab Oriente Amanò clauditur, à Septentrione Tauri jugis, ab Occi- dente Pamphylia. Hujus metropolis est Tarsos, quam intersecat Cydnus amnis. Plaut. Mil. sc. 1. a. 1. Centum in Cilicia ( homines ) occidisti. ¶ Ciliciæ portæ, quæ Taurus patet ad Antiochiam. Vulgò Golfo de la giazza. ¶ Ciliciæ populi Cilices appellantur, de quibus paulò post. ¶ Gentile fœmininum est Cilissa, sicut à Phœ- nix Phœnissa: quod & adjectivi vice positum aliquando legimus. Ovid. in Ibin,

Nam neque quot flores Sicula nascantur in Hybla,  
Quòve ferat dicam terra Cilissa crecos.

Cilicænsis autem denominativum est, non gentile: ut Praefectus, vel Proconsul Cilicænsis. Cic. Quint. frat. lib. 1. Nam si te interioribus vicinis tuis Cilicænsi & Syriaco anteponis, valde magnum facis.

Cilicius, a, um, possessivum: ut, Ciliciæ portæ, hoc est, Amani mon- tis angustia, quibus Cilicia à Syria dirimitur. ¶ Cilicium exi- tium, κίλικι. ἡ ἰσφίη. de crudeli & immani dicebatur. Cilices enim ob piraticam quam exercebant, & assiduas hostium depræ- dationes, infames erant immanitatis & crudelitatis nomine. Ci- licii imperatores, κίλικιοι στρατηγοί, dicebantur homines hirsuti & pilis obsiti. Unde & saga pilis contexta, Cilicia vocantur. Author Diogenianus.

Cilicii termini dicti sunt à Cilicio Saturnino, centurione cohortis se- ptimæ & vicefimæ, qui terminationem fecit.

Cilix, gentile est, significans eum, qui è Cilicia ortus est. ¶ Cilices piratæ fuerunt, quos Cn. Pompeius victos in deditionem accepit, & eorum postea fideli opera usus est in bellis suis navalibus adversus Cæsarem. Luc. lib. 3.

Itaque Cilix juxta, jam non pirata, carina.

¶ Crocus Cilix, pro Cilicio. Luc. lib. 2.

Et quum scena croco Cilici perfusa recens est.

¶ Cilix haud facile verum dicit. Dionys. in epist. ad Rufum schola- sticum, λόγος ἐν πάραυτος, μη ἰσφίησ ἀληθῶς τὸς κίλικας: id est, Vetus verbum est, Cilices haud facile verum dicere. Quadrabit in hominem avidum lucri, & ob id sæpenumerò dicentem non quæ vera sint, sed quæ utilia. Item, Cilices scari optimi. Gell. cap. 16. lib. 7.

CILICIUM, ii, à Cilicibus populis dictum est, apud quos ( ut inquit Varro 2. de verust. cap. 11. ) Cilicia primum confecta sunt. ἡ ἰσφίη. κίλικιον, ἡ ἰσφίη. GALL. Vne haire, une eskamine. ITAL. & HISP. Cilicio. GERM. Ein kleid das auß bockshar oder geysshar gemacht ist.

ANGL.







mentissimus suavor fuit legis Fanniae sumptuariae : orationeque ad populum habita, acerrime investus fuit in mores suae aetatis, & quorundam gurgitum gulam, qui sordidos porcos Trojanos in convivium inferbant. Ita enim vocabatur aprum, qui inclusis minoribus animalculis gravidus erat, quemadmodum equus Trojanus gravidus erat armatis. Macrobr. lib. 3. cap. 13.

Cinclūs, κινκλός Suidae. GALL. Oiseau qui toujours remue la queue. ITAL. Codatremola. GERM. Wasserstelz. HISP. Una cierta ave que siempre mueve la cola. ANGL. A water swallow, a wagtail. Avis est exigua perpetuo caudam movens, unde & Motacilla à nonnullis appellatur. Hanc posteriore sui parte tam debilem esse aiunt, ut nidum struere non possit, sed in alienis nidis ova pariat. Quae res fecit locum proverbio, ut omnium rerum inopia laborantes, Cinelo pauperiores dicamus. Authores Suidas, & Aelian. lib. 15. cap. 28.

Cinctus, & Cincta. Vide Cingo.

Cindalimus, κινδαλιμός, est ludus paxillorum.

Cineas, κινεας Plutarcho in Pyrrho, & deinceps, vir Thessalus fuit, Pyrrho amicissimus, & perpetuus illius in omnibus expeditionibus comes: cujus tanta fuit eloquentia, ut Pyrrhus fateretur, plures à Cinca oratione, quam à se armis esse subactos. Hic legatus Romam missus, ut Pyrrhi nomine de pace ageret, obistente sibi Appio Claudio Caeco, se infecta reversus est. Interrogatus deinde à Pyrrho de statu Urbis & Senatus, respondit Senatui sibi deorum consessum visum esse, populi autem tantam esse turbam, ut vereretur, ne regi cum hydra quadam Lernæa res esset. Huic tanta fuisse fertur memoriae felicitas, ut postridie quum Romam adventasset, sine ulla nomeclatoris ope, Senatui, Equestrique ordini sua nomina reddiderit. Author Plin. lib. 7. cap. 24.

Ciner, Cinerarius, Ciniſſones: vide Cini.

Cineſias, κινεσιος Suidae, Dithyramborum scriptor, qui impietatis, probitatique nomine male audivit. Fuit hoc & Pyrrhi Achilles filij cognomen, à corporis agilitate impositum. Fertur enim Pyrrhicam saltationem vehementer excoluisse, & à suo nomine eam appellasse. Unde natum est proverbium, κινεσιος εινεσιος, hoc est Cineſiae Pyrrhicam didicit, vel quod in choris multo motu uteretur contra comicos agens, qui in hac parte deficiunt. Erat autem Cineſias corpore pigro, & fracto crure.

Cingā, Hispaniae fluvius est in Iberum influens. Lucanus lib. 1.

Quos Cinga pererrat Gurgite, &c.

Cingilliones, cingula parva. Casaub. ad Treb. ||

CINGO, is, xi, cum. Cocceco, comprehendo. צינן azar, צינן chaghār. צינן. GALL. Ceindre, environner, entourer. ITAL. Cingere. GERM. Umbgürten/umbgeben. HISP. Ceñir. ANGL. To girdle or compass about. Ovid. 5. Fast.

Sustulit hoc Nympha, cinxitque decentibus armis.

Idem 2. de Ponto.

Vos ego complectar, Geticis si cingar ab armis.

Cic. 3. de nat. deor. Diligentiusque urbem religione, quam ipsi mœnibus cingitis.

Fessus munime cingo.

Ovid. 13. Met. Item: Cingitur, certè expedit se. Plaut. Amph. Per translationem, Cingere ponitur pro circuire & circumspicere, περιβάνων. Liv. lib. 1. Nam & muro lapideo, cujus exordium operis Sabino bello turbatum erat, urbem quam nondum muniterat, cingere parat.

Aethera cingens amplexibus arcem Circulus (Ursa.)

Ovid. Eleg. 3. lib. 4. Trist. Plinius, Quum cum saltum venatotes cinxissent. Dictum Cingo, quasi circumago. Cingere arborem, vetustè pro deglabrare, sive dolabrare ponitur, ut tradit Paulus in l. 5. D. arbor. furtim casar. in qua significatione apud Ulpianum semel iterumque invenitur. Cingi venenis, Instui, muniti. Valer. Flac. lib. 6. Argonaut.

Cingitur arcanis Saturnia lata venenis.

Cingere, pro veste tegere. Sil. lib. 3.

vestigia nuda, sinúsque

Cingere inassuetum, & rubra velamine vestis.

Cingere, pro circum habitare. Valer. lib. 6. Argonaut.

Misit in arma Darabs, acies quem Marcia circum Gangaridum, potaque Gerus quos efferat unda, Quisque lacum cinxere Biacen.

Cingi cum aliquo, id est, conjungi. Claud. 2. Paneg.

unóque recepta

Pectore diversos tecum cinguntur in usus.

Hujus composita sunt, Accingo, Circumcingo, Discingo, de quibus suis locis. Incinctus, idem quod cinctus. Liv. 10. Incinctum Gabino cinctu super telum stantem. Intercingo. Plin. Thebaicus intercinctus aureis guttis invenitur in Africae parte. Praecingo idem quod cingo, προζώνω. Plaut. in Bacch. Inde de hippodromo, & palæstra ubi revenisset domum cincticulo praecinctus, in sella apud magistratum assideres. Interdum praecingere, est praeparare, προεσκεδάσα. Unde Praecinctos, προεσκεδαστες, strenuos & expeditos dicimus. Procingo, cingo, apparo: à quo procinctus, apparatus bellicus. Unde dicimus, aliquid nos fecisse in procinctu, quum ad expeditionem, aut ad iter essemus parati & accincti. Ovid.

Hac in procinctu carmina facta puta.

Plin. Vinum curas, vigoremque animi impedit ad procinctum tendentibus. Et procincta classis vocabatur, quum exercitus cinctus erat confestim pugnaturus. Recingo, quod cinctum erat discingo. Ovid. 1. Met.

Velantque caput, tunicaeque recingunt.

Subcingo, subtus cingo, & ad cingulum alligo, υποζώνω. Cic. 11. Phil. Serv. Galbam eodem pugione succinctum, quo in castris videtis. Et Succingere, i. cinctu vestes ita colligere, uti breviores videantur, fiatque homo ad agendum promptior. Unde & succinctam orationem, brevem dicimus: & Succinctè, breviter, συντόμως.

Hinc succingulum, balteum dicitur, ζώνη. Succinctorium, vestis genus brevissimæ, quo venter & verenda teguntur: & semicinctium vocatur, quod medium hominem cingat, id est, vestiatur.

Cinctus, participium. צינן chaghār. ζώνω. GALL. Ceint, environné. ITAL. Cinto. GERM. Umbgeben/umbgürten. HISP. Ceñido. ANGL. Girded or compassed about. Cic. pro Flacc. Equidem existimo in ejusmodi regione atque provincia, quæ mari cincta, partibus distincta, insulis circumdata esset, &c. Ovid. Eleg. 2. lib. 5.

sevo cinctus ab hoste locus.

Idem Eleg. 2. lib. 5. Trist.

cinctus premor undique Marte.

Idem Eleg. 3. lib. 5. Trist.

Cinctave montanis ut pavet agna lupis.

Idem Eleg. 12. lib. 3. Trist. Liene quasi zona cinctus ambulo. Plaut. Cure. sc. 1. a. 2. Altè cincti (i. fortes.) Senec. Epist. 33. Cinctus ferro. Sueton. in August. cap. 35. (i. gladio,) & in Calig. c. 49. Gellius, Scuto pedestri & gladio Hispanico cinctus, contra Gallum constitit. Cinctus etiam simpliciter sine adjunctione, qui ad militiam conceptus, miles factus est. Marcell. in l. 25. ff. de testam. milit. Titius priusquam tribunus legionis factus esset, testamentum fecit, & postea cinctus, manente eodem testamento, defunctus est, &c. quod inde introductum, quod prælium inituri præcingerentur.

Cinctus, us, à Cingo, sive Cingulum. צינן ezor, צינן chaghoráh, צינן mézach. צינן. GALL. Ceinture. ITAL. Cinto, cintola. GERM. Gürtel/umbgürtung. HISP. Cinta, ceñidura. ANGL. A girdle. Varro de ling. Latina, Cinctus, Cingulum, à cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum. Quamvis & pro vestitu sumatur. Virg. 7. Aeneid.

Ipse Quirinali trabem, cinctaque Gabino Insignis.

Suet. in Ner. cap. 50. Sine cinctu prodire in publicum. Idem in Cal. cap. 45. Cinctura fluxiore uti. De cinctura autem & cinctu veterum, legend. Quint. Porphyrio docet Cinctum tunicae genus esse infra pectus aptata, à quo Cinctutos Cethegos Horat. nominavit. Cinctum Gabinum esse dicunt, togam sic in tergum rejectam, ut una ejus lacinia revocata hominem cingat. Hoc genere vestimenti Consul Romanus utebatur bellum indicturus. Hoc item vestis genere indutos fuisse duos Decios, quum pro exercitu Devoerent, author est Livius. Cinctuti, pro viris militaribus & quasi ad militiam accinctis dicuntur. Contra Discincti, ad pugnam imbelles atque imparati accipiuntur.

Cincticulus, diminutivum, Amiculi genus, quod ferè umbilico praecingitur, & ad dimidium crus porrigitur. צינן. GALL. Petite ceinture. ITAL. Cinturotta. GERM. Ein umbgürtung/oder umschürzen des vndern theils am leib. HISP. Pequeña cinta. ANGL. A little girdle or sardingall. Plaut. in Bacch. Cinctulo praecinctus in sella apud magistrum assideres.

Cinctorium, quo quis cingitur. ||

Cinctutis, a, um. Cinctu indutus: quod vestis genus antiquissimis Romanis in usu fuit. Unde Horatius in Arte, quum antiquissimos illos denotare vellet, Cinctutos Cethegos dixit. Verba ejus sunt hæc,

si forte necesse est

Indiciis monstrare recentibus abdita rerum,

Fingere cinctutis non exaudita Cethegis Continget.

hoc est, iis seculis nunquam audita, quibus Romani cincti utebantur. Alii Cinctatos intelligunt bellicosos, quasi ad militiam accinctos: sicut contra Discinctos, molles & imbelles. Prior tamen interpretatio Horatii loco magis videtur convenire.

Cingulum, Hominis cinctorium dicitur, & proprie mulierum. צינן chaghoráh. צינן. GALL. Ceinture. ITAL. Contolo, cintura. GERM. Ein gürtel. HISP. Cinta de la muger. ANGL. A girdle. Varro 4. de ling. Latin. Cinctus & Cingulum à cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum. Festus, Cingulo nova nuptia praecingebatur, quod vir in lecto solvebat. Cingula, pro venenis casto ponit Valerius lib. 6. Argon.

fecundaque monstris

Cingula: non pietas quibus aut custodia fama,

Non pudor: at contra levis & festina cupido.

Affatusque malus, dulcisque labantibus error.

In caelo quoque Cingula dicuntur, quæ & zonæ. Cic. in somnio Scip. Cernis autem terram eandem, quibusdam redimitam & circumdatam cingulis. Quandoque pro annulo ponitur, qui digitum circuit.

Cingula, qua cinguntur jumenta. צינן habóth. צינן. GALL. Une ceingle, ceinture pour ceindre les bestes. ITAL. Cigna. GERM. Gürtel thesen. HISP. Cincha del albarda. ANGL. A girdle or bande to bind beastes with. Ovid. 2. de remed.

Et nova velocem cingula ladat equum.

Cinguli, homines dicti, qui in eis locis, ubi cingi solent, tenues sunt, & juncei. Fest.

Cingilia, tibiae dicebantur, quæ licet breviores essent, subtilioribus tamen modis insonabant.

Cingulum, civitas est inter Picentes, quæ mulos Cingulanos mittit, qui etiam hodie habentur in pretio. Hinc Cingulani populi, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 13.

CINIS, cineris, ab antiquo nominativo Ciner, hodie masc. gen. olim etiam feminini. צינן épher, צינן deschen. צינן. GALL. Cendre. ITAL. Cenere. GERM. Esch. HISP. Ceniza. ANGL. Ash. Pulvis in quem materia usta resoluitur.

Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis,

Ovid. Eleg. 3. lib. 3. Trist. Unus exæquat omnia cinis. Senec. cap. 11. de consol. ad Marc. Supra cineres Pompei (i. monumenta & theatrum.) Idem cap. 22. de cons. ad Marc. In tutelam cinerum legare multum agri. Quint.

Et cinis in tumulo positus jaenisset avito,

Ovid. Eleg. 3. lib. 4. Trist. An aula quasi cum cinere effusus fiet (oculus.)



(oculus.) Plaut. Cure. scen. 1. act. 3. & Stat. lib. 3. Thebaid.

veteris quum regia Cadmi Fulmineum in cinerem montis Iunonis iniqua Confedit.

Virgil. 10. Aeneid.

Non satius cineres patria infedisse supremos?

Idem 6. Aeneid.

Postquam collapsi cineres, & flamma quievit.

¶ Sumitur & pro manibus & reliquis funetum, sive memoria. Cic. 3. in Verrem, Homo importunissime, cur tantam injuriam P. Annio mortuo fecisti? cur hunc dolorem cineri ejus atque ossibus inuulsi? Virg. 4. Aeneid.

Nec patris Anchisa cineres, manesve revelli.

¶ Antiqui hoc nomen etiam feminis generi efferebant. Calvus apud Non. Quum jam fulva cinis fueris. Catull. ep. 63. ¶ Troja virum & virtutum omnium acerba cinis. ¶ Cinis lixivus, i. lixivium, κινια σακχη. Scribonius Largus, Hoc teritur ex cinere lixivio, donec laeve factum habeat mellis spissitudinem. ¶ Minxisse in patrios cineres olim dicebatur, qui intemperis ageretur, cuique cuncta cederent infeliciter, ac si monumentum patris violasset. Horat. in arte poetica. ¶ Ne cinerem vitans, in prunas incidas, μη τι φοβου φολυων, εις ασθρακισια κολαπτις. Ne sic defugias malum hoc, aut illud, ut aliud longè majus incurras.

Cinētiācūs, a, um. Cineris colorem referens. { ΓΥΩΝ αμύτις. ἐν ἔμφεθρῳ, πρὸ φάδης. GALL. Cendreau. ITAL. Di color di cinere. GERM. Eschfarb. HISP. Cosa de cenisa. ANGL. Ashie or gray coloured. } Plin. lib. 32. Terra est aliàs rufa, aliàs cineracea.

Cinētiūs, a, um. { ANGL. Gray as ashes. } Quod è cinere est, vel cinereum refert colorem.

Cinētiārūs, qui calamistrōs, ut inquit Varr. lib. 4. quibus in cinere calefactis capilli ornari solebant, administrabat. M. Cato, ut Author est Sospater lib. 1. eum esse in originibus scripsit, qui unguenta ex cinere composita, quibus mulieres capillum ungitabant, ut rutilior esset crinis, conficiebat. Catull. epist. 56. Nunc tuum cinerarius tondet os: miser, ah miser! Concubinae nuces da. ¶ Cinerarii fines, sunt sepulturarii. Author de limitib. Cinerarium etiam sunt ollae & urnae cinerum, seu vasculum quo condebantur mortua corpora.

Cinētiāciūs, a, um: ut, Panis cinericius, { ἀκινεφίας ἄγλιθρῳ. ANGL. Gray beard and ashie coloured. } qui coctus est sub cinere.

Cinētiāciō, cinētiāci, cinētiāciere: In cinerem reduco. { ἰσῆ διασφῆν. ἀσθῶν, πρὸ φάδης. } A quo Cinētiāci, a, um. In cinere dissolutus. { πρὸ φάδης. GALL. Reduit ou mis en cendre. ITAL. Ridotto in cinere. INCENERITO. GERM. Zu aschen gemacht. HISP. Hecho cenisa. ANGL. To make ashes of any thing. } Figuris est (inquit Non.) ut Tepefactum, & Labefactum. Lucret. lib. 3.

At nos horrifico cinētiāciū te prope busto Infatiablem deslebitur.

Cinētiānōēs, qui & Cinerarii dicti sunt, qui calamistris in cinere calefactis capillos crispabant. { ANGL. Frizlers of beare. } Horat. lib. 1. sat. 2.

Custodes lectica, cinisones, parasiti. οἱ τῶν ἀσθρακισια ἀσθῶν ἰσῶντες, ἢ ἐπὶ τῇ ἀσθῶν ἰσῶντες.

Cinnā, civitas Thessaliae, à Cinnō gigante, & Cœci fratre dicta. ¶ Est etiam Cinna civitas Hispaniae in regno Castellae: à qua Cinnenses populi, quos commemorat Plinius in conventu Tarraconensi lib. 3. cap. 3. Fuit item Cinna Marianus & Syllanis temporibus, Romanorum consularum crudelissimus, quatuor Consulatus functus, qui primo omnium, servus ad pileum vocatus adversarius videtur, Octavium interfecit, Janiculum occupavit. Itetum & tertio se Consulatum fecit. Quarto Consulatum, quum bellum contra Syllam pararet, Anconae ob nimiam crudelitatem, lapidibus ab exercitu occisus est. ¶ Fuit etiam poeta eruditissimus hoc nomine, cujus meminit Virgilius in Bucol. Ecl. 9.

Nam neque adhuc Varro videor, nec dicere Cinnā Digna, sed argutos inter strepere anser olores.

Non is est quem errore nominis pop. Rom. occidit. Plut. in Bruto. Imò est alter poeta Cinna fortasse illius ætatis.

Cinna, tribunus plebis, qui quam perniciosas leges de revocandis exulibus ferret, pulsus à Cn. Octavio collega, magistratūque exutus, ex urbe profugit, & bellum Urbi intulit, accessit C. Mario, & alii exulibus ex Africa: in quo bello duo fratres, alter ex Pompeii, alter ex Cinnae exercitu ignorantes concurrerunt. Et quum victor mortuorum spoliaret, cognito fratre, ingenti edita lamentatione, ac rogo exstructo, se insuper cremavit. Tandem Cinna & Marius in urbem recepti, cædibus omnia complevere: inter quos Cn. Octavium consulem, M. Antonium oratorem, & L. Caesarem jugularunt, eorumque capita pro rostris posuerunt: ex Livio. ¶ Cinna item alius, qui per errorem necatus à populo Romano foro medio, in funere C. Caesaris, quum unus ex intersectoribus fuisse crederetur. Præterea L. Cinna, res novas affectans, quem ex hoste Octavius amicum fecerat, & usque ad judicium dignitatem evererat, adversus se insidias moliri cognovit, & iratus nova in eum exempla meditabatur. Livia tandem consilio usus mitior est factus, eumque separatim in cubiculum vocavit, ubi ejus ingratitude exprobrando: Vitam, inquit, Cinna tibi iterum do, prius hosti, nunc insidiatori: & pariter contendamus, utrum ego melius iterum tibi vitam dederim, an tu debeas. Seneca de Clementia.

Cinnabārī, sive Cinnabarim, κιννάβαρι. Plin. lib. 37. cap. 7. sanie putavit esse draconis elisi elephantorum morientium pondere, permixto animalis utriusque sanguine. Quod tamen falsum esse manifestius est, quam ut debeat refelli. Dioscorides à minio diversum esse ostendit, quod Cinnabari ex Libya, minium ex Hispania afferatur: quid tamen revera esset, non indicavit. Hoc tantum testatur, tam exiguum ejus copiam afferri solere, ut vix variandis in pictura lineis pictoribus sufficeret. Quod autem hodie Cinnabarium vocant, ex sulphure & argento vivo simul utriusque conficitur.

Calepinj Pars I.

Cinnamologus, avis Arabiae, proinde ita vocata, quod in excelis nemoribus texit nidos ex fruticibus cinnami: & quoniam non possunt ibi homines conscendere, propter ramorum altitudinem & fragilitatem, eisdem nidos plumbatis appetunt jaculis, ac sic cinnama illa deponunt, & pretiis amplioribus vendunt, eo quod cinnamum illud magis, quam alia mercatores probent.

Cinnamōmum, { ἰσῆπ κιννάμον, κιννάμου μῦθρ. } Frutex duorum cubitorum altitudine amplissimus, palmique minimus, quatuor digitorum crassitudinis, statim à terra sex digitis furculosus, arido similis, quum viret non odoratus, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre, ceu ditæ naturæ. Tu mihi cinnamomum, tu rosa. Plaut. Cure. se. 2. a. 1. Gignitur in planis, sed densissimis in vepribus rubisque, difficilis collectu. Plura apud Plin. lib. 12. cap. 19. Theophrastum lib. 9. c. 47. Genera ejus plura esse, inquit Diosc. lib. 1. patriam sibi nomen vindicantia, præfertur tamen Mosyllum, quod Cassia, cui Mosylli nomen est, aliquam refert effigiem. Plura loco citato. Malum enim hæc ex fontibus ipsis petas, ne nos librum immensum gravemus. Barbaris tamen Corollarium, quoniam rem ferè omnem in compendio explicat, adscripsimus. Cinnamomum in partes tres concidunt: præcipua bobitas tenuissimis ad longitudinem palmi, paulòve amplioribus: Secunda proximis breviorè mensura. Vilissima quæ radicem antecedit, quoniam ibi minimum corticis, in quo summa gratiæ, qua de causa præferuntur cacumina, ubi plurimus cortex. Ipse frutex duorum cubitorum altitudine amplissimus, palmique minimus, quatuor digitorum crassitudinis, statim à terra sex digitis furculosus, arido similis: quum viret non odoratus, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre, ceu contraria cæteris natura. Gignitur quidem in planis, sed densissimis in vepribus rubisque, difficilis collectu. Verior sententia est, nasci in Æthiopia, Troglodytis connubio permixta: non ut Herodotus, quo situ Liber pater educatus esset, ex inviis rupibus aviumque nidis, & privatim Phœnicis: neque ut alii, in Arabia. Igitur mercatores illi à continentis vergunt per maria vasta ratibus, sine gubernaculo, sine remis ac velis, sed hyberno per brumam, Euris tum maximè flantibus. Primus hic portus Gebanitarum Ocila, sive Acila, ut Strabo, Ptolemaeus Ocellis. Produuntur vix quinto anno reverti mercatores, & interire multos. Contrà revehunt vitrea, & ænea, vestes, fibulas, cum armillis ac monilibus. Ipsum lignum in fastidio est propter Origani acrimoniam, Xylocinnamomum vocatur. Pretium in libras 20. Quidam Cinnami (nam & Cinnamum dicitur) duo genera tradidere, candidum, nigricansque. Et quondam præferrebat candidum. Nunc contra nigrum commendarius, Authore Plinio: atque varium etiam præferunt candido, certissimo argumento, si sit scabrum: atque ut invicem tritum contumaciter feriat, & inhorescat. Improbatur molle in primis, aut cui albic cortex. Jus esse à Gebanitarum rege solo proficiscitur. Is, edicto mercatu vendit. Pretio quondam fuere in libras denariorum mille. Auctum id parte dimidia est, incensis (ut ferunt) sylvis ita barbarorum, aut etiam fortè fortuna, quoniam Austri tam ardeates ibi afflate solent, ut æstatibus sylvas accendant. Coronæ veteribus fiebant ex Cinnamomo, interrasili auro inclusa. Radicem ejus magni ponderis aureæ pateræ impositâ vidisse, Plin. meminit, ex qua guttæ editæ, annis omnibus in grana durabantur. Pseudocinnamomum, Galenus Cinnamomidam quoque appellari scribit. ¶ Cinnamomum etiam hodie in officinis nomen retinet: vulgus à quadam canaliū figura Canellam appellat. Cinnānum, κιννάμου, frutex, sive arbuscula nascens apud Gebanitas, in finibus Troglodytarum, præstantissimum exsudans odoramentum, quod & ipsum Cinnamomum dicitur. Vide Plin. lib. 12. cap. 19. Ovid. 3. Fastor.

Cinnama tum primùm captivâque thura dedisti.

Cinnaris, herba est, authore Plinio, quæ cervis adversus venenata pabula est remedio, lib. 8. cap. 7. Cervus herba cinnare venenatis pabulis resistit.

Cinnus, per duplex nn, est primarum rerum, præsertim liquidarum, commistio, nam aliquibus potionis genus ex multis liquoribus confectum putatur, quod κιννάνα Græci appellant. { GALL. Entortillement de cheveux, ou melange de plusieurs choses. ITAL. Una mescolanza di mescolgio di piu cose. GERM. Ein vermischung von asstley dingen. HISP. Mescla de composicion de cosas diversas. ANGL. The rolling together of the beare in plattes, or mingling or many things. } Cicero de Orat. Cinnus utriusque particeps, vel utriusque, si verum quærimus, experts. Et eleganter Picus Mirandula ad Angel. Poli. Tu ita utrumque imple, ut utrum mavis, hand satis constet, qui & Græcam & nostram Minervam pulchrè amplectaris, quasi cinnus utriusque linguæ: ut quæ inficta sit, quæ genuina, non facile discerni possit.

Cinnā, Juno dicebatur, quod nuptiis præesset, γαμήλιθρῳ. Inito enim conjugio, solvebatur cingulum, quo nova nupta erat cincta. Festus.

Cinyrās, κινύρας Suidæ, Cypri rex fuit, qui cum filia Myrrha, astu nutriticis deceptus concubuit, ex qua & Adonis suscepit, quem Venus postea in deliciis habuit: qui quum majore animo, quam viribus feras sectaretur, apri dente in inguine vulneratus, interemptus fuit, & in florem Anemonem conversus. Vide Ovid. lib. 10. Met. Ubi Naso satis indicat hujus Regis regionem opulentissimam fuisse: unde locus factus præverbio, Cinyræ opes, κινύρας ἰσῶντες, de immensis divitiis dici solitum. A dagii meminerunt Plato de Leg. 2. & Suidas.

Cios, Phrygiæ emporium fuit, à Milesis conditum eo in loco, qui Alcausia Phrygiæ appellatur. Plin. lib. 3. cap. 32.

Ciperium (quod hic corruptè legebatur) vide Cyperos.

Cippus, columnam significat, quæ cum inscriptione ad conservandam rei alicujus memoriam soleat erigi. { צוון יסודין, תמרור tamrurs } ANGL. A little hill or mark called a barrow or geall. } cujusmodi etiam in defunctorum monumentis erigi consueverunt. Horat. 1. serm. Sat. 8.

Hoc misera plebis stabat commune sepulchrum, Pantolabo scurra, Nomentanòque nepoti. Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum. Hic dabat, hæredes monumentum ne sequerentur.

¶ Cippus



¶ Cippus item instrumentum erat ligneum, quo fervorum & captivorum pedes colligabantur.

Cirannus, vir fuit Lycius, & Sarpedonis comes: quem, teste Homero in *Iliade*, Ulysses in bello Troiano interfecit.

Circa Præpositio est accusativo serviens casui. Juxta, circum. { *חָבֵל* *hál*, סָבִיב *sabib*. *GALL.* Environ, prés. *ITAL.* Intorno. *GERM.* Sey oder umb/in rings weys. *HISP.* En derredor. *ANGL.* About, or nigh by. } Cic. de *Lege Agrar. contra Rullum*, Quum Rullus Capuam & urbes circa Capuam occupavit. Idem 3. in *Verr.* Aiebat multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet. Circa se habere. { *GALL.* Autour de soy. } Suet. in *Aug. cap.* 49. Circa A. Cornelium, &c. *Liv. lib.* 4. ab urb. Circa ima labor est scandenti. Quint. Circa scholas assiduus. Suet. in *Tiber. cap.* 11. ¶ Ponitur & pro circiter, ut tempus denotet. *Plin. lib.* 8. c. 18. Nec amplius, quam circa eum mensuram visuntur. Circa Demetrii, circa ejus ætatem & tempora. *Quint. cap.* 4. lib. 2. Circa primos annos juventutis eum amisit. Sen. de *conf. ad Pol.* c. 15. Item, Circa tot sestertia, i. Circiter. Suet. in *Claud. c.* 6. ¶ Pro adversus. *Plin. epist.* 9. lib. 3. Circa Hispanum & Probum multum sudoris. Pro apud *Curt. lib.* 3. Circaregem erat & Phrygum turba & Macedonum. Pro de. *Plin. lib.* 8. cap. 16. Varia circa hæc opinio. Pro juxta. Idem *lib.* 8. cap. 33. Circa caprificos ferus, innoxius alioqui. Pro in. *Quint. in premio lib.* 8. Præcipue circa partis hujus præcepta elaboravit. *Horat. 2. Carm. Ode* 5.

Circa virentes est animus tua campos juvenca.

¶ Circa Demetrium, pro Circa Demetrii tempora. *Quint. lib.* 1. cap. 4. Circa Demetrium Phalereum institutum ferè constat. Invenitur etiam adverbialiter positum, & sine casu. Cic. ad *Attic. lib.* 2. Nostram ambulationem, & Laconicum, eaque quæ circa sint, velim quem poteris, invisas. Suet. in *August. cap.* 64. Circa adæquetur (i. propè.) ¶ Hinc fiunt composita, Quocirca, & Circumcirca: de quibus suis locis.

Circada, nomen exactioris, aut vectigalis.

Circanæa, avis dicitur, quæ volando circuitum facit. Festus.

Circæ, *κίρκη*, { *GERM.* Ein grosse vnhold/oder zauberin. } Solis & Perse Nymphæ filia, & Ætæ Colchorum regis soror, veneficiorum peritissima: quæ Sarmatarum rege, cui nupterat, veneno sublato, regnoque per scelus parto, quum crudelius imperaret, ab incolis pulsa, in Italiam profugit, & in Circæo monte (qui antiqui olim Latii terminus erat, & efficacissimis herbis abundabat) sibi sedem delegit: ubi quum Glaucum marinum Deum adamaret, Scyllam puellam, quam ille deperibat, infestis fontibus in monstrum marinum commutavit: Ulysses item, vi tempestatis ad se delatum, hospitio suscepit, sociosque ejus, quos in porcos commutaverat, eidem restituit: cui & Telegonum filium peperit. *Tibul. lib.* 4.

Solum nec docta venterunt pocula Circes:  
Quamvis illa foret Solis genus, apta vel herbis,  
Aptaque vel cantu veteres mutare figuras.

Postremo & Picum Latinorum regem, quod uxorem suam, nomine Canentem, sibi præferret, in avem sui nominis commutavit. *Ovid. lib.* 14. *Metam.*

Hac ubi nubilibus primùm maturuit annis,  
Præposito cunctis Laurenti tradita Pico est:  
Rara quidem facie, sed ravior arte canendi,  
Vnde Canens dicta est: &c.

Circæus, a, um, *κίρκειος*: ut Circæus mons, & Circæum oppidum, quod & Cyrcæos quidam appellarunt. Suet. in *August. cap.* 16. Circeios in perpetuum relegatus Lepidus. ¶ Hinc & Circæenses populi. *Liv. lib.* 6. Ad hoc Latini Heroicæque accesserunt, & Circæensium quidam. *Cic. lib.* 4. de *nat. deor.* Quamquam Circem quoque coloni nostri Circeiensis religione colunt. Circæi verò quondam insula fuit immenso mari circumdata (si Homero creditur) ubi Latium antiquum terminabatur. *Strab. lib.* 5. Post Antium Circæium est stadiorum ducentorum, & nonaginta, mons mari & paludibus instar insule circumdatus. Habet etiam castellum, & Circes facellum, & Minervæ aram. *Virg. lib.* 6. *Æneid.*

Proxima Circa raduntur littora terra,  
Dives inaccessos ubi solis filia lucos  
Assiduo resonat cantu.

Vide plura apud *Hom. 10. Odyss.*

Circæo poculo, Cic. de homine subito in alium mutato dixit, *actione in Verr.* 1. Sic repente è vestigio ex homine, tanquam aliquo Circæo poculo, factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos. Sic dicimus Virga Circæa, qua Circe credebatur mentem adimere, ac reddere: pecudes facere ac homines.

Circelli, dicantur circuli & monilia.

Circæus domus, oppidum Campaniæ Pomponio. *Strabo* Circæum vocat, à quo Circeii. *Plin.* tradidit Circeos insulam aliquando fuisse immenso mari circumdatam, mox continenti adnexam. Circeii, Ciceroni Circeiensis dicti *lib.* 3. de *nat. deor.* Vide præcedentia & sequentia hic statim, & *Pontina* in P.

Circæum, promontorium Tusculorum Ptolemæo, alio nomine *Sancta felicitas*.

Circæa, *κίρκεια*, herba est strichno sativo similis, flore nigro & pusillo, semine milii magnitudinæ, nascente in quibusdam corniculis, radice semipedali. *Author est Plin. lib.* 27. cap. 8. ¶ Fuerunt qui eandem crederent cum Circæo, quod tamen falsum esse ex utriusque descriptione facile deprehenditur.

Circæium, herba quæ & Mandragora dicitur. Vide *Plin. lib.* 2. c. 13.

Circænses ludi, vel Circenses, sine adjectione: Certaminis curulis genus erat, in honorem Consuliorum Dei institutum: *in πρῶτον*: ita dictum, quod in circo perageretur, non autem ab ensibus (ut Servius nugatur,) in circuitu dispositis. *Livius*, Tum primùm circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus, divisa loca Patribus, Equitibusque urbis, ut spectacula sibi quisque faceret. *Virg. 8. Æneid.*

Nec procul hinc Romam & captus sine more Sabinas  
Confessu cavea, magnis Circensibus actis  
Addiderat.

Circensibus plebeis. Suet. in *Tib. cap.* 26. ¶ Circensium ludorum se-

ptem erant curricula solemnia. *Gell. lib.* 3. c. 10. ex *Varrone*. ¶ Circense tormentum dicitur, quod fit ex summitatibus palustrium arundinum mollibus, lanæ similibus. *Mart. lib.* 14.

Tormentum concisa palus Circense vocatur:

Hæc pro Lingonico stramina pauper emit.

Sen. c. 25. de *vita beat.*

Circæus, Navis Asiatica prægrandis, ut inquit *Nonius*. *Plaut. in Stich.* Quum percunctor portitores, eque navis venerit ex Asia, negant venisse. Conspicatus sum interim circæum, quo ego meliorem non vidisse censeo.

Circelliones, falsi anachoretæ, qui & Circumcelliones.

Circinūs, Instrumentum quo circuli vertendo designantur. { *מְצִיטָה* *mecubháb*. *שֵׁשׁ* *Sims*. *GALL.* Compas. *ITAL.* Sesto, compasso. *GERM.* Ein cirkel. *HISP.* El compas. *ANGL.* A paire of compass. } *Plin. lib.* 2. c. 15. Omnia autem hæc constant ratione circini semper indubitata.

Circino, as. Rotundum facio. { *ἄν* *chagh*. *ἄσπερον*. *GALL.* Circuir, estendre en rond, tourner à l'entour, faire un cercle avec le compas. *ITAL.* Ritundare, compassare, circuire. *GERM.* Cirkeln. *HISP.* Rodear à compassar con compas. *ANGL.* To turne round about, to measure with a compass. } vel Circino, circulum facio. *Plin. lib.* 16. cap. 38. Cæterea mensurarum genera fassis arboribus circinantur in pulpam. ¶ Significat etiam Circumire: ut, Circinare auras, apud *Ovid. 2. Metam.*

Sic super Ætæas agilis Cillenius arces

Inclinat cursus, & easdem circinat auras.

Circinātio, nis, verbale. { *ἄν* *chagh*. *ἄσπερον*, *ἄσπερον*. *GALL.* Entourement, environnement, tour, circuition ou cercle de compas. *ITAL.* Circuizione, circuito. *GERM.* Ein cirkelung oder umbgang des cirkels. *HISP.* Rodeo, obra de rodear à compassar. *ANGL.* A turnind round about, measuring with a compass. } *Plin.* & *Bud. ut*, Circinatio Solis.

Circinātō, adverbium. { *מְצִיטָה* *sabib*. *γυροδωρε*, *κυκλοδωρε*. *GALL.* En rond, tournoyant en rond. *ITAL.* Circundatamente. *GERM.* In cirkels weys. *HISP.* En rodeo, en corillo. *ANGL.* By round turning, in maner of a compass. } *Plin.*

Circiter, à Circa fit, idemque significat: & refertur modò ad tempus, { *חָבֵל* *hál*, *כֵּחֵ* *che*. *ἄσπερον*, *ἀμφι*. *GALL.* Environ, prés, ou environ. *ITAL.* Intorno. *GERM.* Umb gerumb. *HISP.* Cerca, poco mas à poco menos. *ANGL.* About. } *Plaut. in Most.* Redito huc circiter meridiem. *Cæsar 1. bell. Gall.* Ita dies circiter quindecim iter fecerunt. Item, Equites circiter trecenti. Idem *lib.* 1. de *bell. civil.* *Cicer. ad Attic.* Non circiter Kalendas, aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. Modò ad numerum. *Salust. in Catil.* Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa. Modò ad locum. *Plaut. in Cist.* Loca hæc circiter excidit mihi. ¶ Circite, radverbium. *Cic. ad Att.* Verùm hæc in Arpinati ad sextum circiter Idus Maias non deseamus. *Cassius Hemina*, Lapidem fuisse quadratum circiter in media arce junctum.

Circitè, ad tempus solum pertinere, *Priscianus* existimavit. *Contra Valla* (quod verius est, nec latuit etiam interpretes nostros) ad numerum frequentius refert. *Adrian. Card. de offic. Ord. lib.* 6. & *Specul. de Disput. & Alleg. §.* 4.

Circitès, Circuli ex arce facti, teste *Festo*. Est & genus oleæ, apud *Colum. lib.* 5. cap. 7.

Circiūs, vel cercius, vetus nulli violentia inferior: sic dictus, quod omnia turber, ac circumvertat. Hic peculiaris est Gallia Narbonensis: de quo *Gellius*, Galli ventum ex sua terra stantem, quem savissimum patiuntur, Circium appellant à turbine, opinor, ejus ac vertigine. *Lucan.*

— solus sua littora turbat

Circius, & tuta prohibet statione Monæchi.

Ventus Circius, quum loquere buccam implet: armatum hominem, & plaustrum oneratum percellit. *Cato Cercium*, non Circium appellat. ¶ Est item Circius Tauri montis pars, apud *Plin. lib.* 5. cap. 27.

Circitōrēs, vide *Circuitores*.

Circiūs (quod hic pro insula Myfiæ adjacente corruptè legebatur) vide *Cyzycus*.

¶ Circo, as. *Gloss.* Circat, & circitat, *κυκλοδωρε*, circito, *ἄσπερον*. *Circitor*, *ἄσπερον*. *Gloss.* Isid. circat, circumvenit. Inde *Circare* { *ITAL.* Cercare. *GALL.* Chercher, quærerè. } }

Circōs, *κίρκος*, avis est ex Accipitrum genere, altero pede clauda, prosperissimi augurii in nuptialibus negotiis, & re pecuaria. *Author Plin. lib.* 10. cap. 8. Vide infra *Circus*.

Circuēo, ablato m, vel Circumeo: Circundo, eo circum. { *מְצִיטָה* *sabib*, *ἄσπερον*. *GALL.* Aller à l'entour, environner, circuir, tourner. *ITAL.* Andare intorno. *GERM.* Kings weys; umbgehn. *HISP.* Andar à cercar en derredor. *ANGL.* To go about, to compass, to environne. } *Cic. Att. lib.* 4. Antonii consilia narrabat illum circuire veteranos. *Retius* scribitur per m: quæ tamen inter pronuntiandum eliditur. *Vide de Circumeo*.

Circuitōr, Circuitio, Circuitus, vide *Circumeo*.

Circulātōr, Circulo, Circulus, vide *Circus*.

Circulator, qui fumat: fortè qui fumos vendit.

Circum, præpositio. { *חָבֵל* *hál*, סָבִיב *sabib*. *GALL.* A l'entour, autour. *ITAL.* Intorno. *GERM.* Umbgerumb. *HISP.* En derredor. *ANGL.* About. } & componi solet, & separari. Separata locum tantum significat, sicut & composita; ut *Circum theatrum*, *Plaut. Merc. sc.* 5. a. 2. Vitii probrique plena, quæ circum vicinos vagas. Idem *Most. sc.* 4. 1. Da ab Delphio cantharum circum. Quandoque pro Ad. Suet. in *Ner. cap.* 47. Mittere circum amicos (i. ad amicos.) *Dimisit circum* provincias. Idem in *Aug. cap.* 64. ¶ Quandoque loco adverbii ponitur. *Virg. 4. Æneid.*

Anne vides toto properavi littore circum?

*Gell. cap.* 5. lib. 4. Quem sol, oppositu circum undique aliarum ædiū, nunquam illustrat. Idem *cap.* 24. lib. 13. Circum undique. Pro circa adverbialiter. *Tacit. lib.* 4. Itaque quamquam diversis super rebus confulerentur, aram clementiæ, aram amicitia, effigiesque circum



Ubi Servius, classicum dicimus & ipsam tubam, & sonum. ¶ Classicum autem est flexilis tuba. Liv. lib. 5. Vocatis classico ad concilium militibus. ¶ Classicum item incunda pugna signum appellatur, quod tuba dari solet: unde Classicum canere σημαίνει τὴν ἰσοδοῦν, hoc est, signum dare, quo milites pugnae incantant. Contra, Canere receptui, ἀναλαβεῖν, est à pugna revocare. Suet. in Cæs. cap. 2. Classicum exorsus (i. inflans tubam.) Alconius autem, ad hoc symphonicos capi solere scribit, ut in classe pugnantibus classicum canant, unde ipsi tubæ classis nomen impositum. Alcon. Orat. 1. in Ver. ¶ Accipitur etiam latius Classicum vocabulum pro quovis tubæ sono, qui prodeunte Imperatore, aut ejus iussu in castris fieri solet. Cæs. 3. bell. civ. Pompeius paucis post diebus in Thessaliam pervenit: suum cum Scipione honorem partitur, classicumque apud eum cani, & alterum illi jubet prætorium tendi. Virg. 2. Georg.

Nec dum etiam audierant inflari classica.

Classica corona. Velleius.

Classiarii, proprie dicuntur classis milites, qui scilicet in classe stipendia merent, κλειστοί. Cæs. lib. 3. bell. civ. Itemque per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit. Sueton. in Galba: Nam quam classiarios, quos Nero ex remigibus justos milites fecerat, ad pristinum statum redire coegeret. Idem in Tiber. cap. 62. & in Othon. cap. 8. Apuleius usurpavit pro tubicine, aut eo qui classicum canit, quum ait: Et laudum ejus classiarius, atque assiduus præco. Ubi pro eodem penè videtur accepisse Præconem laudum & Classiarium. Quo in loco Perottus mentem Apuleii non satis assequutus, arbitratur Classiarium pro potentioribus accipi, quos alio nomine vocabant Assiduos.

¶ Classicen, qui classico canit. ¶

Claterna, à Pomponio Mela lib. 2. numeratur inter oppida Piceni.

Clathrus, & Clathrum, utroque modo dicitur, ligna transversa, quibus aliquid munitur, ut fenestræ, quæ vulgò Ferrata dicuntur. & סבב סבב סבב. κλειστοί, à κλειω, claudio. GALL. Barre, barreau, treillis, claye. ITAL. Stanga. GERM. Das Holz, darauf man die Gitter macht / Gatter. HISP. La red ó verja para cerrar lugar. ANGL. A barre or latise. } Horat.

Objetos cavea valvis si frangere clathros.

Columella posuit pro lignis cancellarum compactis, quibus glebæ contunduntur. Hirpicem Varro appellat.

Clathro, as, significat clathris claudere. & κλειδοῦ. GALL. Barrer, fermer de barreaux, ou treillis. ITAL. Stangare, mettere la stanga. GERM. Vergittern / verschränken. HISP. Cerrar lugar con rejas ó verjas. ANGL. To shut up in latises or with barres. Colum. lib. 9. Satis est autem vaceras inter pedes octonos defigere, ferisque transversis ita clathrare, ne spatiorum laxitas, quæ foraminibus intervenit, pecudi præbeat fugam. ¶ Hinc fenestra clathrata, apud Plaut. in Milit. sc. 4. a. 2. Nam certò neque solarium apud nos est, neque hortus ullus, neque fenestra, nisi clathrata.

Clavā, fustis teres ad clavi similitudinem capitatus. & κλειον, κλειων, ήπιον. GALL. Vne massue. ITAL. Mazza. GERM. Ein Foh. HISP. La porra. ANGL. A clubbe. } Cic. 6. in Verrem, Qui primò quum obistere ac defendere conarentur, malè multati, clavis ac fustibus repelluntur. Idem de senect. Sibi igitur habeant alii arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam, sibi pilam, &c. Plin. de lino, Interdum deinde in filo ponitur, illisum crebrò in silice ex aqua, tectumque rursus tunditur clavis, semper injuriā melius. ¶ Hinc clava Herculis, qua ille utebatur, quam quis Herculi extorquere proverbialiter dicitur, qui sibi vindicare conatur quod aliàs jam potentior occupavit.

¶ Clavata, vestigium. Clavatus, cruci affixus. Cerda. ¶

Clavator, qui hujusmodi clava utebatur, inquit Festus: servus scilicet, qui clava armatus dominum comitabatur. & κλειστοί, κλειστοί, φέρε. ANGL. Vnich used a clubbe. } Plaut. Merc. Egomet mihi comes, clavator, eques, agaso, armiger. Idem Rud. Ædepol ecum clavator advenit.

Claviger, qui clavam fert. & κλειστοί, φέρε. ANGL. That beaveth a clubbe. } Ovid. 7. Metamorph.

Claviger in vidit Vulcani occumbere prolem.

Idem 15. Metamorph.

— illic lavère bimembres

Vulnera clavigeri qua fecerat Herculis arcus.

Clavarius, vide Clavis.

Clavatus, vide Clavis.

Claudeo, pro Claudico. Cæcil. apud Priscian.

Claudīa, κλειδοῦ, nomen virginis Vestalis, quæ quum in suspicionem stupri venisset, & simulachrum matris Idææ in vado Tyberis hæretet, ad comprobendam pudicitiam suam, ferrum cingulo duxisse navem, quam multa hominum milia trahere nequiverant. Eadem quum patrem triumphantem ab inimico Tribuno plebis de curru detrahi animadverteret, pietate mota, in currum insilit, patremque tam arctè est amplexa, ut divelli non potuerit: quo facto populum tam acriter in Tribunal concitavit, ut ille vitæ metuens destiterit ab incepto. Author Valerius lib. 5. cap. 4.

Claudīa Plin. lib. 3. cap. 24. Norici oppidum est, quod à Ptolemæo Claudivium appellatur. Vulgò Closternembourg.

Claudīa gens, tribus maximè cognominibus usa est. Nam & Pulchri, & Neronæ, & Marcelli nominatur. Patricii fuere Pulchri & Neronæ, plebei Marcelli: nec minùs multos ex plebeiis, quàm ex patriciis, virtute præstantes, meritisque claros in rempublic. licet invenire.

Claudīa familia, ab Appio Claudio Sabino cognomen accepit, qui post exactos reges cum quinque millibus clientum Romam venit, partemque urbis habitandam accepit. Plutarch. in Public. ¶ Ex hac fa-

milia fuit Appius Claudius Cæcus, qui viam Appiam stravit, & aquam Appiam in urbem duxit, Pyrrhūque intra urbem non esse recipiendum, sua sententia obtinuit. Ex hac familia Neronæ & Drusi originem traxerunt. Nam Neronæ, Sabinorum lingua fortes, & strenui dicuntur. Drusi autem cognominati à Claudio Druso, qui occiso Druso Gallorum duce, primus sibi, & posteris hoc cognominis indidit. Author Tranquillus in Claudio. ¶ Fuit & Appius Claudius Regillianus, unus ex Decemviris, legibus scribendis creatus, summa inter collegas autoritate, qui post multa imperiosè, & crudeliter gesta, tandem Virginiam amore captus, submissio quodam ex liberatorum numero nomine Clodio, in servitum eam asserere est conatus. Quæ re intellecta, accurrens è militia pater, exiguum cum filia colloquendi spatium petit, eamque paululum extra turbam abductam, quum alia ratione pudicitiam ejus & libertatem adversus Decemviri libidinem tueri non posset, non invitam interfecit: quo nomine Decemvir in carcerem conjectus, sibi manus intulit. ¶ Præter hos fuit & Claudius Appius, Caudex cognominatus, quod primus Romanis author fuerit caudices secandi, & classis conficiendæ. Hic Carthaginenses Messanā expulit: Hieronem prælio victum apud Syracusas in deditionem accepit. ¶ Fuit & Claudius Nero, Livii Salinatoris in Consulatu collega, qui Asdrubalem secundo bello Punico Annibali fratri suppeticas ferentem, acie superavit, occisique caput in fratris castra objiciendum curavit.

Claudīanā tonitrua dicebantur, quæ Claudius Pulcher instituit, ut ludis factis post scenam conjectus lapidum ita fieret in circumactam pelvim, ut veri tonitruum speciem repræsentaret. Vide supra Bronteum.

Claudīanus, κλειδοῦ, Poëta Ægyptius, ut Græci & Latini affirmant, & ipse de se testatur. Floruit sub Theodosio, & Honorio Augustis. Scripsit de Raptu Proserpinæ libros tres. Item laudes Honorii, Arcadii, Stiliconis, Olibrii, & aliorum, cum aliquot investivis: patria fuit Alexandrinus, nobilissima urbe Ægypti. Quidam Florentinum faciunt, sed falsò. Authores Græci, qui de poëta Claudiano scripserunt, Alexandrinum appellant, & author ipse Nilum suum vocat. Ingenio excellenti fuit, maximèque apto ad carmen componendum. Nam & adsurgit feliciter, variisque figuris ac sententiis mirificè delectat. Hi ejus versus præcipuam laudem meruerunt, quos de laude & victoria principis Theodosii contra Eugenium Gallorum regem scripsit. Constat enim Theodosium ipsum parva manu contra ingentes Barbarorum copias dimicasse.

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis  
Obrui adversas acies, revolutaque tela  
Vertit in authores, & turbine reppulit hastas.  
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris  
Æolus armatas hyemes, cui militat aether,  
Et conjurati veniunt ad classica venti.

¶ Fuit & Claudianus Cæsar, qui interfecto Caligula successit in Imperio, vit inauditiæ crudelitatis, ut scribit Sueton. in Claudio. ¶ Claudiani poëta Alexandrini meminit Suidas.

Claudīopolis, κλειδοῦ, Cappadocia urbs, cujus mentionem facit Plin. lib. 5. cap. 24.

Claudium, κλειδοῦ, urbs Italia: gentile Claudianus. Steph.

Claudius, κλειδοῦ. Nomen Romani Imperatoris, & Caligulae patris. Hic Britanniam insulam in deditionem accepit, & Orcadas Romano adjecit Imperio. Postremò ab Agrippina uxore venenato bolero sublatus est, ut Nero filius Imperio potiri posset. ¶ Fuit & alius Claudius Romanorum item Imperator, qui Gothos Illyricum vastantes bello adortus, incredibili clade superavit. Unde in curia clypeum aureum, & in Capitolio auream sellam habere promeruit. Sed quum duobus ferè annis imperasset, apud Smyrnæ morbo interiit. Claudii dicti à clauditate. Plutarch. in Coriol.

Claudico, vide Claudus.

Claudo, is, si, sum: Obstruo, obfero, includo, intercludo. & κλειδοῦ, κλειδοῦ. GAL. Clorre, ferrer. ITAL. Chindere, ferrare. GERM. Beschlossen. HISP. Cerrar. ANGL. To shut or shut in to close or inclose. } Claudio autem factum videtur à do & clavis, q. d. clavi do servandum. Intus in crumena illum clausum esse oportuit. Plaut. Amph.

— Quoniam mihi statio publica clausa est.

Ovid. Eleg. 1. lib. 3. Trist. Claudit opus Mamurium (i. perfecit.) Idem cap. 2. de consol. ad Marc.

— clausum pectore vulnus.

Idem 4. Fast.

— Quæve locum ducto melius sit claudere vallo.

Tib. lib. 4. Virg. lib. 3. Georg.

— Aut intus clausos satura ad præsepia servant.

¶ Interdum ponitur pro Circuire, sive circundare, περιλαμβάνει: ita enim interpretatur Nonius illud Virg. Eclog. 5.

— Dictaæ Nympha nemorum jam claudite saltus.

¶ Interdum pro obstruere, arcere, apud eundem lib. 10. Ecce maris magno claudit nos obice pontus. ¶ Interdum est Cæco, vel Occæco. Hoc verbum præscis fuit in usu. Innumeras claudere pecudes, apes, greges dicitur, qui harum rerum multitudine est apprimè dives. Valer. lib. 5. Argonaut. Claudere cœnam dicitur cibus, qui sumitur in fine cœnæ. Martial. lib. 12.

— Claudere qua cœnas lactuca solebat avo rum,

— Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes.

Clavosum, inæquale: fortè, Clivosum. Aliqui clavosum relinquunt, nam quidquid clavis suffixum est, asperum est, & non læve, & inæquale.

¶ Claudere, claudicare. Ibid. Gloss.

Clauson, febris exæfluans. Tiburn. vide Clauson. ¶

Clausus, a, um: Reconditus, sub clavis positus, & apertus, promptus. & κλειδοῦ, κλειδοῦ. GAL. Clos, fermé. ITAL. Chiuso, serrato. GERM. Beschlossen. HISP. Cerrado. ANGL. Shut up, inclosed. } Cic. act. in Ver. Statuerunt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum promptissimumque esset. Ulp. l. si quis gravi. §. subvenitur autem, D. ad Senatusc. Syll. clausos (κλειστοί) pro vincis



vinctis accipit, si modo vincti sint, ut omni modo erumpere non possint.

Clausus, reconditus, sub signo, & claustris suppositus, & patens, apertus, promptus, expositus.

Clausum, substantivum, pro tecto, sive loco concluso. & κλεισθῆν. GALL. Enclos, un clos, lieu fermé, ou toit. ITAL. Luogo chiuso, fermato, stabile. GERM. Ein beschlossener Ort. HISP. Lugar cerrado. ANGL. A close place. Colum. lib. 9. cap. 3. Nam diebus requies danda est, & infundendi grati apibus liquores, quibus intra clausum alantur. Virg. 4. Georg.

Sic positum in clauso linquunt.

Clausum viarum, pro via clausa. Lucr.

Clastrum, vel Cloustrum, Clausura, sive quo aliquid clauditur, valva, fores, loca clausa. & κλεισθῆν. GALL. Clôture. ITAL. Chiostro, claustro. GERM. Beschloß damit man etwas beschloß. HISP. Cerradura o encerramiento. ANGL. A close place to include or shut up any thing. Plaut. in Cure. se. 3. act. 10. Nam sonitum & crepitum claustrorum audio, i. valvarum templi. Virg. 7. Aeneid.

portarum ingentia claustra.

Cic. pro Flac. Omnes sinus, promontoria, littora, insulas, urbes maritimas claustris imperii nostri contineri. Claustrum, pro monasterio, conventu feminarum, carcere; inde Claustralis, pro monacho, quod nomen in laude positum est. In plurali tam masculini, quam neutri generis est. Apud antiquos Cloustra pro Claustris dicebantur.

Claustrarius, qui septa, & cetera ad claudendum opera facit. κλειδοποιός. Claustrarius artifex, apud Lampridium in Heliogabalo ita corrupte legitur: Mulionem curare iussit, iussit & curforem, iussit & cocum, & claustrarium artificem: ubi lege claustrarium.

Claustritimus, qui claustris janua praest. Gell. cap. 10. lib. 12.

Clausula, dicitur id quod aliquid claudit, hoc est, finit. & κλεισθῆν. GALL. La fin o achevement de quelque chose. ITAL. Cosa che chiude, fine. GERM. Das end, das ein Ding beschloß. HISP. Cerradura. ANGL. The clause and end of any thing. Plin. lib. 1. cap. 45. Ungues, qui clausa nervorum summa existimantur, omnibus his, quibus & digiti. Item pro exitu.

Cic. pro Caelio, Mimi ergo est iam exitus, non fabula: in quo quum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus: deinde scabellum concrepant, aulam tollitur. Hinc etiam Clausula pro sententia accipitur, quam Graeci κλεισθῆν dicunt: ita dicta, quod sententiam claudit. Nonnunquam etiam accipitur pro sententia, quae epistolam, vel carmen claudit, etiam vulgo Conclusionem vocamus. Cic. fam. 2. Quoniam mihi nullum scribendi argumentum est, utar ea clausula qua soleo. Clausulam imponere, finem imponere. Senec. epist. 67. Nec potest dici hoc non esse par maximis bonum, quod beatæ vitæ clausulam imposuit, cui Epicurus extrema voce gratias egit. Clausula pro parte edicti. Ulp. in l. sed etsi, D. ex quibus causis, &c. Hæc clausula ad eos pertinet, quos more majorum sine fraude in jus vocare non licet, &c. Clausula in Comædiis. Suet. in Aug. cap. 99. Clausula Atellana. Idem in Neron. cap. 39. Claudæ & pendentes clausulae. Quintil.

Clausura, est finis sermonis, Turonesi.

Clausura, vel potius clusura, sunt τὰ κλεισθῆν, quæ Imperatores Romani in limitibus habuerunt. Posteriorum temporum scriptores Clausas, & Clusas vocarunt.

Claudus, quasi pedibus clausus, id est, impeditus, qui ex pedibus, aut cruribus femoribusve vitiatis, æquis passibus incedere non potest. & κλεισθῆν. GALL. Boiteux. ITAL. Zoppo. GERM. Hinken. HISP. Coxo. ANGL. A cripple, lamed, that haultheth. Alinus vetulos claudos. Plaut. Asin. se. 2. a. 2. Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. Idem Aulul. se. 1. a. 1. Item claudæ & pendentes clausulae. Et, clauda in oratione. Quint. Item claudæ naves, & mutilatae. Liv. lib. 7. d. 4. Unde etiam Appius Claudius, à quo Claudia familia originem traxit, primum Appius Clausus dicebatur. Si juxta claudum habitatis, claudicare disces, τὸ κλεισθῆν παρὰ τὸν κλεισθῆν. Plut. de liber. educ. Proverbium admonet, perniciosam improborum hominum consuetudinem fugiendam esse, propterea quod cum corporis, tum maxime animi vitia & contagia serpunt in vicinum. Claudi more tenere pilam, proverbialiter in Pisonem dixit Cicero, pro Nullo delectu, nulloque iudicio tenere ac sequi quicquid doctum indoctumque sit. Claudus optimè virum agit, τὸ κλεισθῆν εὖ εἰρη: sive, ut alii legunt, εὖ εἰρη. Dicitur solitum, ubi quispiam suam sortem velut parum egregiam anteponit alienæ, tamen præstantiori.

Claudico, as, are: altero tantum pede incedo, vel alterum pedum infirmum, & instabilem, aut curtum habeo: Vacillo, non rectè incedo. & κλεισθῆν. GALL. Clocher, boiter. ITAL. Zoppicare, andar zoppo. GERM. Hinken. HISP. Coxear. ANGL. To cripple, to haulth, to bel ame. Cic. lib. de Orat. Nam quod Spur. Caruilio graviter claudicant ex vulnere ob Rempublicam accepto, & ob eam causam veterandanti in publicum prodire, &c. Translatè dicitur de omni eo, quod suis partibus rectum non est. Cic. 2. de finib. Qui verentur, ne si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur. Liv. 2. bel. Punic. Si altera parte claudicat Respublica, malis consiliis ac bonis, idem juris & potestatis erit. Ne inæqualitate sonorum, velut pedum claudicet oratio. Quintil.

Claudicatio, verbale. & κλεισθῆν. GALL. Boitement, clochement. ITAL. Effe andar zoppo. GERM. Das hinken. HISP. Coxedad. ANGL. A hauling, lameness. Col. lib. 6. cap. 12. Sanguis demissus in pedes claudicationem affert. Cic. 1. de nat. deor. In quo stante atque vestito, leviter apparet claudicatio non deformis.

Clauditas, idem, hoc est, ipsam claudicandi vitium. & κλεισθῆν. GALL. Lameness or hauling. Plin. Repullis durioris materie claudicatem illico affert.

Claudiculus, vide Clavus.

Clavia, borda, clava. Isid. Gloss.

Clavis, est qua ostia, arculæ, & id genus multa & clauduntur, & apertur.

riuntur. & κλεισθῆν. GALL. Clef. ITAL. Chiave. GERM. Ein Schlüssel. HISP. La llave. ANGL. A key. à Clam, quod quæ celare volumus, hac claudete soleamus. Propert.

Increpat & verberat clavis adunca trochi.

Cat. de re rust. cap. 13. Seram vinariam unam, clavem totulatio unam. Cic. pro domo sua, Scilicet tu belluoni spurcissimo, &c. omne frumentum privatum & publicum, omnes provincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorum claves, lege tu tradidisti. Habet & clavim in accusativo. Plaut. in Most. se. 1. a. 2. Clavim mi harumce adium nunc iam jube afferri. Clavim dare parturientibus, ad significandam partus facilitatem, consuetudo antiqui erat Romanis, ut ait Festus, eandemque in convitio admodum viri solebant uxoris, testante Cic. Philip. 2. Ob adulteratas claves uxor repudiari poterat. Unde Conclavia, loca quæ sub una eademque clave clausa sunt: & Conclavatus locus, una clave clausus. Clavem Theodorus Samius primò monstravit, à quo Faber clavicularius, κλειδοποιός. Clave findere ligna, & securi fores aperire conaris. & κλειδοποιός. Quum res præposterè geritur, veluti si quis metu liberos studeat emendare, servos beneficiis sibi adjungere.

Clavicula, diminutivum à clavi, vel à clava virga. & κλειδῶν. GALL. La urille ou tendron de la vigne de quoy elle se lie & s'attache à ce qu'elle rencontre. ITAL. Capelli della vite con i quali s'appiglia à quello che incontra. GERM. Ein Schlüssel. HISP. El cercillo o sisereta de la vid. ANGL. The bonghe of a wine wherby it is coupled to another vine. Dicitur quoque Clavicula, capitolus, sive pampinus in vite. Cic. de senect. Vitis quidem, quæ natura & caduca est, & nisi sulca sit, fertur ad terram, eadem, ut se erigit, claviculis suis, quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur.

Clavicularius, qui claviculam, id est, virgam, vel clavem gerit, κλειδοποιός. Julius Firmicus Matheseos lib. 3. Aut clavicularii, aut carceris custodes.

Clavicarii, Clavicularii, clavium artifices. Pancirol.

Clavarius, appellatus est Suetonii pater, ab eo quod præfectus fuerit donativo imperatorio inter milites dispartiendo. Unde Corn. Tacitus scribit, Clavariam donativi nomen esse, qui ait: Seditiosæ militum voces terrebant Clavarium: donativi nomen est.

Clavola, æ, Surculus arboris, vel fruticis utrinque præcisus, & plantationi aptus: qualem & Taleam vocant Latini. & κλεισθῆν. GALL. Un planton, jetton ou greffe d'olivier. ITAL. Calamo. GERM. Ein stoff das man zwoygen will. HISP. El estaca propia para plantar. ANGL. A greffe, a stipe of a tree, a young sett, or shoote. Varro lib. 1. de re rust. cap. 40. Demum in oleaginis seminibus arboris videndum ut sint de tenero ramo ex utraque parte æquabiliter præcisa, quas alij clavolas, alii taleas appellant, ac faciunt circiter pedales.

Clavosum, inæquale. Gloss. Isid. tanquam plenum clavis: nisi legendum Clivosum.

Clausenburgum, Transylvaniae urbs.

Claustrarius, Cloustrum, Clausula: vide Claudio.

Clausus, antea Claudius dictus, Rex fuit Sabinorum, qui post exactos reges, cum quinque millibus clientum & amicorum Romam venit, & susceptus, habitandam urbis partem suscepit: ab eo postea & tribus & familia Claudia vocata est, ut habetur apud Maronem lib. 7.

Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar, Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens.

Clavulum, vehiculi genus. Cerd.

Clavus, dicitur est quod claudat, figat, atque contineat: à claudendo. Nam ideo clavum figimus, ut claudat, seu contineat aliquid. & κλεισθῆν. GALL. Clou, ou coing. ITAL. Chiodo. GERM. Ein nagel. HISP. Clavo. ANGL. A nayle. Cæsar 3. bell. Gall. Transtra ex pedibus in altitudinem trabibus confixa clavus ferreis, digiti pollicis crassitudine. Parata navi clavo hæteris sedulo. Plaut. Amph. se. 4. a. 4. Quem obruit mare clavum tenentem & obnoxium. Senec. cap. 6. de consol. ad Marc. Animus tuus apud nos est fixus clavo cupidinis. Plaut. Asin. se. 3. a. 1. Clavi in crucibus, Senec. cap. 19. de vit. beat. Clavum clavo pellere, κλεισθῆν τὸ κλεισθῆν. Lucian. in Philopseude, κλεισθῆν, φάτιν, κλεισθῆν τὸ κλεισθῆν, id est, Et clavo, quod aiunt, retundis clavum. Locus erit proverbio, non modò quam vitium vitio, malum malo, dolum dolo, vim vi, audaciam audacia, maledicentiam maledicentia retundimus: verum etiam quoties rem utcunque molestant laboribus molestia profigamus, ut quum libidinum incitamenta laboribus obruimus, curam amoris aliis majoribus curis domamus. Clavus item navis est gubernaculum, sive temo, quod eam dirigat, rectamque teneat, κλεισθῆν. Cic. de senect. Ille autem clavum tenens, quietus sedet in puppi. Hinc proverbium, dum clavum rectum teneam. Significat autem non putandum eventum minus prosperum artifici, modò is præstiterit quod artis est. Quint. lib. 2. Inst. Vinum caret clavo, τὸ κλεισθῆν τὸ κλεισθῆν. Quo significatur ebrietatem nihil consultè, neque moderatè vel dicere, vel facere. Obruitur enim ratio, quam clavi vice sobrius moderatur ac gubernat. Purior clavo, κλεισθῆν τὸ κλεισθῆν. Comparatio proverbialis de re vehementer inculpata, aut moribus undequaque integris & incontaminatis. Clavus enim nauticus assiduis fluctibus abluatur, ut nihil sordidum possit hætere. Adagium refertur à Suida. Clavus genus tuberculi, quod & κλεισθῆν Græci appellant, torunda specie, coloris albi: sit in plantis digitisque pedum maximè: sic appellatur, quia ita pungit, ut quasi clavus ferreus infixus videatur. Nam caro durescit in callum semper ferè pungentem. Alii Clavum intelligunt, quem δολῶν Græci, Celsus Furunculum appellat, sola duritie à phymate differentem. Ægyneta definit esse tumorem cum abscessu, à crassis humoribus genitum, qui in carnosus præcipuè locis consistit, mitis alioqui, nisi profundior sit: nam tunc malignitatem habet conjunctam. Eo morbo Silius Italicus interisse fertur.



Plin. *epist.* 51. Erat illi natus insanabilis clavus, cujus tædio ad mortem irrevocabili constantia decurrit. ¶ Fium & callosa quædam in candido oculi tubercula, quæ Clavi nominantur oculorum. Celsus *lib. 7. cap. 7.* ¶ Arbores quoque clavum hujusmodi patiuntur, qui & Fungus & Patella dicitur, ut inquit Plin. *lib. 17. cap. 24.* Idem scribit clavos innasci natibus, & purgari succo pyxacanthi, de quibus Juv. *Satyr.* 3.

*Calcor & in digito clavus mihi militis hæret.*

¶ Sunt & Clavi caligates, à caligis militaribus quibus suffigebantur. Idem Plin. *lib. 9. cap. 8.* In quibus pisces omnibus annis Vergiliarum exortu existunt, squamis conspicui crebris atque præacutis, clavorum caligarium effigie. ¶ Præterea Clavus est vestimenti genus, veluti quibusdam clavis aureis distinctum: quod & à palmarum similitudine Palmatum vocabatur, & à verrucis clavo similibus, Verrucata vestis: quod si latior ipsa vestis erat, Latusclavus dicebatur, *καταβήτης*. Hac soli Senatores & Patricii induebantur. Horat. *lib. 1. Sermon. Satyr.* 6.

*Et latum demisit pectore clavum.*

Tunica lati clavi. Suet. *in Aug. cap. 94.* & *in Cas. c. 45.* & *in Aug. cap. 38.* Clavus purpuræ loco insertus vesti. Quintil. Vixit Mæcenas angusto clavo (aliàs *angusti clavi*) penè contentus. Velleius. Clavi qualitate discreti Senatores ab Equitibus. Lamprid. *in Alex. Severo.* ¶ Unde Laticlavos appellari Senatores legimus. Suet. *de Nerone*: A laticlavo, cujus uxorem attraxerat cæsus. Vide *Latus clavus*. ¶ Ab Ovidio 4. *Trist. Eleg. ult.* Clavus simpliciter dicitur pro Senatoria dignitate, illo versu:

*Curia restabat, clavi mensura coacta est.*

Sueton. *de August.* Clavo nec lato, nec angusto. ¶ Clavarius in Gloss. exponitur *ἡλοκῆρας*: id est, qui clavos fabricatur tundendo. Item *ἡλοκῆρας*, clavo, clavos percussio. Erat verò etiam dignitas quædam: unde Clavarius appellatus Suetonii pater, quod præfectus fuerit clavario donativo imperatorio inter milites dispartiendo. Don. Marcellus in Suet. *Vesp. cap. 8. ibid.* ait: Quod Suetonius calcearium vocat, vocasse puto Tacitum *lib. 3. histor.* clavarium, id est, donativum in clavos calcearios impendendum. ¶ Clavarius à *Vive colloq. cap. 13.* dicitur, qui clavum, seu sceptrum Rectori Academiæ præfert. ¶ Clavarium apud Tacitum, donativum esse volunt in clavos caligatum militarium impendendum, cum scribit Satyricus poëta,

*offendere tot caligatos  
Millia clavorum.*

Nam militum caligis clavi suffixi erant. Tacit. *lib. 19.* Ipsos seditionis militum voces terrebant, clavarium (donativi nomen est) flagitantium.

¶ Clavator, qui clavam gerit. ¶ Clavatus, a, um, quod est aculeis clavorum modo prominentibus circumdatum, *ἡλωτός*. Nam & clavata vestes, *καταβήτης* *ἡλωτός*, hinc vocantur, quas vulgus à verrucis clavo similibus, Verrucatas appellat, etiam si non ex auro, sed aut ex cocco, aut aliis coloribus verrucas habeant. Lamprid. *in Alex.* Convivium: neque opimum, neque nimis parcum, sed nitoris summi fuit: ita tamen ut pura mantilia mitterentur sæpius cocco clavata, aurata verò nunquam. ¶ Hinc etiam Clavata dicuntur vestimenta clavis intexta, vel calceamenta clavis confixa. Et clavati focci, quod soleas habeant clavis intertextas. Clavata verò sunt vestimenta, quæ ex auro, aut cocco, aut aliis coloribus clavos & verrucas habent: Quæ autem cum auro, Auroclavata dicuntur, & Auroclavata vestes, à texture aereorum clavorum. ¶ Clavata, æ, est vestigium. Clavatum Lugdunum, apud Greg. Turon. pro clavis, & clavibus munitum. ¶ Clavus annalis, qui figebatur in parietibus sacrarum ædiam per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum. Apud Livium scribitur Dictatorem creatum fuisse causâ tantum figendi clavi ad pestilentiam sedandam. Hinc Clavo trabali beneficium figere, proverbiali metaphora dicitur, pro eo quod est, alta mente beneficium reponere, & inextinguibili memoriæ commendare, de quo vide infra in dictione *Trabalis*. Præclavium, pars vestis, quæ ante clavum textitur. Afranius apud Nonium. Tertium diem præclavium unum texere.

Claviculus, diminutivum à clavo. *ἡλωτόν*. ANGL. *A little nayle.* ¶ Significatur etiam hoc nomine Capreolus in vite, qui *ἡλωτός* Græcè, & Pampinus à nostris dicitur.

Claviculus, a, um: Claviculis instructus. *ἡλωτόν*, *ἡλωτός*. ANGL. *Nayled.*

¶ Clavularius cursus, tardus, qui publicè militibus caligatis concedebatur. Turn.

Clavulus, diminutivum: Parvus clavus. Varro *de re rust. cap. 9.* Ne vulnerentur à bestiis, imponuntur iis collaria, id est, cingulum circum collum, ex corio firmo, cum clavulis capitatis. Cato *cap. 21.* Imbrices medias clavulis figito.

Clazomēna, *κλαζομένη*, urbs Ioniæ Asiaticæ, quam condidit Paralus. Hæc prius Gyna nominabatur, vicina Colophon: unde & Apollo Grynæus dictus est apud Virgilium, quod ibi esset ejus oraculum.

Clazomēna, insula ante Ioniam, quæ & Marathusa, *μαραθύσα*, dicitur, à qua Clazomenii, *κλαζομένιοι*, Ioniam populi originem traxerunt.

Cleānthēs, *κλειάνθης*, nomen Philosophi, qui Zenonis Ciriensis scholam successor excepit. Hic Phani Asii filius, egregius pugil quum Athenas venisset, Zenoni adhaerens, generosè philosophatus est, & in ejusdem permansit dogmatibus. Hic quum valde pauper esset, mercenariam vitam agebat. Noctu quidem in hortis aquam hauriebat: per diem verò in studiis exercitabatur. Unde Phreantes appellatus est, quasi puteos hauriens. Tradunt illum, quæ à Zenone audierat, ossibus boum & testis fictilibus perscribere solitum, quum pecunia non suppeteret ad chartas emendas. Hujus insignis diligentia & acerrima censura abiit in Proverbium. Nam quum aliquid summa cura industriæque elaboratum volumus significare, dicimus illud ad Cleantis lucernam esse evigilatum.

Cleantes, mulieris nomen est apud Suid.

Cleārchūs, *κλειάρχος*, Philosophus fuit, cujus meminit Hieronymus contra Iovin. ¶ Fuit & alius hoc nomine Lacedæmoniorum dux.

Hic dicebat exercitui. Imperatorem plus, quàm hostem metui debere. Author Frontinus *lib. 4.*

Clēmā, *κλήμα*. Herba est rithymali generibus assignata, Cypharissia non absimilis, quæ Dioscoridi Pityusa, officinis *Esula* dicitur. Vide Dioscorid. *lib. 4. cap. 148.* & Ruell. *lib. 3. cap. 246.* ¶ Hujus varia genera à perito linguæ Polonicæ, & rei herbariæ, distinguenda erunt. Evonymus, vulgò apud Barbaros, item Italos & Gallos, fusaria, vel tusanus appellatur ab usu fusorum, propter materiam soliditatem, & à figura fructus. Tragus *tomo 3.* fusarium nulla ratione evonymum esse negans, caprinum facit. Gein. *in capra. lit. C.* ¶ Clena item Plinio inter nomenclaturas polygoni herbarum commemoratur.

Clēmātis daphnoides. *ἡ κλημάτις δαφνοειδής*. GALL. *Pervenche*. ITAL. *Provenca*. GERM. *Ein grün mägtpalmen*. HISP. *Pervinca*. ¶ Herba est sarmenta habens prælonga, iuncæ crassitudinis, folia autem lauri: unde & Daphnoides cognominata est. Notiore nomine Vincapervinca dicitur, quæ & Clematis Ægyptia appellatur. ¶ Unde locus factus proverbio, Clematis Ægyptia, *κλημάτις αἰγυπία*. Phalereus Demetrius refert, id ioco dici solitum in eos qui corpore præter modum proceri atque atro colore essent. ¶ Est & altera Clematis, ramis rubentibus, quibus se arboribus circumvolvitur, ut smilax: unde ab officinis Volubilis major appellatur. ¶ GALL. *Liferson*. ITAL. & HISP. *Flammola*. GERM. *Weyß winden/ jaunglocken.* ¶ Commemoratur & tertia Clematis species à Plin. *lib. 24. cap. 1.* Italiam *Centunculus* appellata, eadem fortasse cum ea quam Dioscor. Gnaphalium appellat.

Clēmēns, tis: Lenis, mitis, mansuetus, humanus, qui remittit de eo quod possit prosequi. *ἡ γὰρ ἐπιεικής, ἡ ἡμερότης, ἡ ἡπιότης, ἡ ἡμερότης, ἡ ἡπιότης.* GALL. *Doux, humain, misericordieux, paisible, clement*. ITAL. *Clemente, piacevole, liberale, mansueto*. GERM. *Sanftmütig/ milt/ barmherzig*. HISP. *Mite, manso, y templado*. ANGL. *Merciful, genile, meek.* ¶ Claud.

*primo clementior avo.*

Cic. 2. *de fin.* Esi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirauci. Differt à Placido, quod Clemens sit circa recte agentes, Placidus circa delinquentes: & clementis est nullos laedere, placidi aridere omnibus: clemens animo, placidus vultu. Ter. *in Adolph.* Ille suam semper egit vitam in otio, in conviviiis clemens, placidus, nulli laedere os, aridere omnibus. Clementi gradu, Gellius *cap. 11. lib. 1.* ¶ Clemens mare dicitur, id est mite & tranquillum: cui mare iratum, asperum, ac sævum opponitur. Gell. *lib. 12. cap. 21.* Nox fuit & clemens mare, & anni ætas, cælumque liquidè ferenum.

Clēmētīā, Lenitas, benignitas, misericordia, animi moderatio. *ἡ γὰρ κλημάτις, ἡ ἡμερότης, ἡ ἡπιότης, ἡ ἡμερότης, ἡ ἡπιότης.* GALL. *Clemence, douceur, quand la personne ne se courrouce pas aisément*. ITAL. *Clemenza, benignità*. GERM. *Sanftmütigkeit/ miltigkeit/ güteigkeit*. HISP. *Aquella mansedumbre y templança*. ANGL. *Mercifulness, meekness.* ¶ Cic. *de inventione*, Clementia est, per quam animi temere in odium alicujus invectionis concitati, comitate retinentur. Terent. *in Adolph.* Facilitate nihil homini esse melius, atque clementia. Cic. 7. *in Verrem*, Illam clementiam, mansuetudinemque nostri imperii in tantam crudelitatem, inhumanitatemque esse conversam.

*Nostraque vincetur lacrymis clementia feris: id est, tibi placabimur.*

Ovid. *Eleg. 9. lib. 4. Trist.*

*Ipsaque delictis victa est clementia nostris.*

(i. Augustus mitissimus.) Idem *Eleg. 8. lib. 4. Trist.* ¶ Clēmētēr, adverb. Modeste & moderatè. *ἡ ἡμερότης*. GALL. *Doucement, sans courroux, gracieusement*. ITAL. *Benignamente, dolcemente*. GERM. *Gütlich/ sanftmütig*. HISP. *Mansa y templadamente*. ANGL. *Mercifullie, melkeli.* ¶ Cic. 6. *verr.* Leniter hominem, clementerque accepit. ¶ Clementer & moderatè jus dicere, apud Cæs. 3. *de bell. civ.* ¶ His contraria sunt, Inclemens, Inclementia, & Inclementer.

Clēmētīssimè, adverb. Gell. *lib. 1. cap. 18.* Hæc Varro scripsit de ipso Lælio clementissimè.

Clēmēns historicus, scripsit de Regibus & Imperatoribus Romanis: item ad Hieronymum de figuris Isocratis. Author Suidas. ¶ Clemens item Alexandrinus præsul, Pantherii discipulus, Origenis præceptor, floruit sub Severo, & Antonino principibus. Hieronymus & Eusebius *lib. 6.*

Clenodia, sunt pollicitationes omnes, quæ κλήμα, id est, gloriam famamque sapiunt, & splendorem nominis, oblati ad id margaritis, aliisque id genus.

Clēōbis, *κλειόβης*, alter fuit ex Argiæ sacerdotis filiiis, qui cum fratre Bitone, quum jumenta morarentur, jugum subiit, matrisque curam ad sanum pertraxit. Pro qua filiorum pietate mater superos precata est, ut filiiis præmium darent, quod longè maximum homini dari posset à Deo. Postridie itaque ambo inventi sunt in lecto mortui: tanquam ira dii judicarent, majorem homini felicitatem non posse obtingere, quàm statim ex hujus mundi eripi calamitatibus. Vide supra in dictione *Biton*.

Cleobula: Cleobula mihi mater fuit. Plaut. *Cure. sc. 2. a. 5.*

Cleobulus, *ἡ κλειόβουλος*, Lyndius, Evagoræ filius, unus ex septem Sapientibus. Huic filia nomine Cleobulina, alio nomine Eumetis dicta, quæ versu hexametro ænigmata quædam conscripsit. Meminit puellæ hujus Plutarchus *in convivio septem Sapientum*.

Cleocritus, *κλειόκριτος*, apud Comicos taxatur ut mulierosus, & cinædus, & obscurus, & ut Cybeles filius. Nam & in mysteriis Rheæ molles tantum intersunt. Unde id nominis contumeliæ jaciobatur in cinædos ac molles, & parum viros. Hæc Suidas.

Cleodamas, *κλειόδαμος*, Thasius Philosophus, Platonis tempore in geometria floruit. ¶ Alius Cleodamas Achæus (Achæe autem civitas est Thessalia) scripsit de cura equorum, authore Steph.

Clēōdōrā, *κλειόδορα*. Nymphæ nomen, maris Parnassi, à quo Parnassus mons nomen accepit. Vide Cæl. *lib. 16. cap. 19.*